Aduerte primo q̧ ad ꝉminũ pme ipositõis reqrũtur due ꝯditiones. Prima est q̧ sit termin⁹ vocalis vel script⁹: vt excludatur quicũqȝ termin⁹ mẽtalis. Secũdo q̧ significet nõ terminũ sicut dicebatur de termino pme itẽtionis: ⁊ per hãc particulã differt a termino secũde ipositionis q̃ significat solũ mõ terminũ. Et ex hoc signũ ẽ q̧ termin⁹ pme ipositõis ⁊ pme itẽtionis non differũt pncipaliter nisi q: vn⁹ est i mẽte: ali⁹ vo in voce vel in scripto: q: ille due particule termin⁹ mẽtalis significãs nõ terminũ: erãt sufficiẽtes in diffõne termini pme itẽtionis. ⁊ residuũ addebatur solũ ad declarãdũ istã pticulã significãs nõ terminũ. Ad terminũ ẽt secũde ipositionis due ꝯditões reqruntur. pma q̧ sit terminus vocalis vel scriptus. secũda q̧ significet solũmodo terminũ: ⁊ ex hoc pȝ duplex dr̃ia inter terminos pme ⁊ scõe intẽtionis ⁊ ipositõis. pma q: termini pmi sũt mẽtales secũdi vo sunt vocales vel scripti: ⁊ ex ꝯñti seqtur scõa que est q̧ pmi significãt nãlr: scõi vo ad placitũ.

Aduerte secundo circa diffinitũ q̧ ñ ẽ idẽ ipositio pma: ⁊ nomen pme ipositõis: ⁊ terminus pme ipositõis. Silr nõ est idẽ ipositio secũda: nomẽ secũde ipositõis ⁊ terminus secũde ipositõis. Vñ herueus sic diffinit ipositõeȝ Impositio est termini volũtaria institutio ad aliqd significandũ quod pus nõ significabat. pma ipositio est ad significandũ rẽ. secũda vo impositio est ad significãdũ vocẽ. Nomen pme ipositionis ẽ nomen vocale significãs rẽ: vt res distinguitur ꝯ vocẽ. Et ideo dicit Boetius i pmo phyermenias q̧ noĩa pme ipositõis sunt noĩa reꝝ distinguẽdo rem ꝯ vocẽ: vt. s. est cõis ad cõceptus aie. ⁊ ad rẽ extra animã que nõ est vox. Notabiliter dicitur pme ipositionis. q: prius iponitur nomen ad significandũ cõceptũ ⁊ reȝ extra animã q̃ȝ vocẽ. ⁊ tale nomẽ pme ipositõis diuidit i nomẽ p̃e itẽtionis ⁊ i nomẽ ꝫe itẽtiõis a Boetio pmo phyermẽias. ⁊ dclaratũ est supra qd est nomẽ pme itẽtiõis ⁊ qd ꝫe. idõ vide ibi. Nomen vo secũde ipositõis est nomen vocale significãs solũ vocẽ. Et ideo dicit Boetius q̧ nomina scõe ipositionis sunt noĩa noium. i. sũt cõia solis vocib⁹ significãtib⁹ ad placitũ: vt iste voces: nomen: verbũ: ⁊ participiũ: que solũ sunt cõia vocib⁹ significãtibus ad placitũ: vt istis vocibus: homo: aial: albedo: quãtitas. Terminus aũt pme ipositõis dicit terminus qcunqȝ vocalis vel scriptus q significat reȝ que nõ est termin⁹. Termin⁹ vero secũde ipositõis dicit qcunqȝ terminus vocalis vel script⁹ q significat solũ terminũ. Ex his tribus potes colligere dr̃iaȝ iter ista. Sexta diuisio terminorum in terminum complexum ⁊ terminum incõplexum.

Aduerte circa diffinitũ q̧ ꝉmin⁹ põt dici cõplexus triplr. Prio quo ad terminos tm̃. vt Joannes antonius. Secũdo quo ad significatuȝ tm̃: vt si hic terminus hõ iponat ad significãdũ hoieȝ eẽ aial. Tertio quo ad terminos ⁊ quo ad significationẽ: ⁊ sic describit: Termin⁹ cõplexus est q significat aliquid cui⁹ ptes significãt aliquid sepate: vt homo albus: deũ eẽ: ⁊ huiusmodi: ⁊ sic accipitur in pposito. Ita terminus incõplexus dicit triplr q: quot modis dicitur vnũ oppositoꝝ: tot modis dicit ⁊ reliquũ: pmo topicoꝝ. In pposito põt accipi termin⁹ incõplexus quocũqȝ mõ: siue sit icõplexus quo ad significatũ ⁊ quo ad terminos simul: vt ly. hõ: siue sit incõplexus quo ad significatũ: vt ly. Jo. anto. siue sit incõplexus quo ad terminos tm̃ vt ly. homo. si ponat ad significãdũ hominẽ eẽ aial. Aduerte scõo circa diffinitionẽ termini incõplexi cũ dr. Termin⁹ incõplexus vocatur dictio: q: ista nõ est diffinitio nec ppe nec cõmuniter: q: diffinitio nõ est ex vno termino ꝫm phũȝ secũdo posterioꝝ. ⁊ septimo metaphisice. sed ad minus ex duob⁹ vt ex gñe ⁊ dr̃ia: sed illa est declaratio exẽplaris. Quid sit dictio patet ex grãmatica: ẽ eni ps minia orõnis composite. Silr dicatur de termino cõplexo: quia illa est declaratio exemplaris ⁊ nõ diffinitio cuȝ dicitur. Terminus complexus est orõ. Quid autem sit orõ infra habetur. Hic sũt duo dubia. Primum cum omnis bona diuisio debeat esse bimẽbris vel reducibilis ad bimẽbrẽ per Boetium in libro diuisionũ. dubitatur quomodo oẽs diuisiões termini reducant ad bimẽbrem ex quo sunt sex diuisiões per quas termin⁹ videtur eque pmo diuidi ⁊c̃. Secundũ dubium est pp qd magister nõ fecit mentionem de alijs diuisionibus terminorum. s. cõmuni discreto: finito: infinito: positiuo: ⁊ puatiuo: mediato ⁊ imediato: magis cõmuni: minus cõi: cõnotatiuo ⁊ nõ cõnotatiuo: cũ de his etiã habeat logicus cõsiderare cõslr. Ad pmũ dubiũ inuenio duos modos respondẽdi. Prim⁹ ẽ quoꝝũdã dicẽtiũ. q̧ termin⁹ imediate habet tres diuisiones in p se si

gnificatiuũ: ⁊ nõ ꝑ se significatiuũ: cathegorematicũ et sincathegorematicũ: cõplexum ⁊ incõplexũ. Deĩde per se significatiuus diuiditur ĩ naturaliter significatiuuz ⁊ ad placitum significatiuũ. Naturaliter significatiuus. diuiditur in terminum prime intentionis ⁊ secunde. Ad placitum significatiuus diuiditur ĩ terminum prime ĩpositõis ⁊ secũde ĩpositõis: ⁊ sic pꝫ respõsio ad dubiũ s̃m istos. Hic modus peccat ĩ hoc ꝙ ponit terminum diuidi ꝓmo ĩ cathegorematicũ ⁊ sincathegorematicũ quod ẽ falsum: quod ꝓbat̃: qꝛ quãcũqꝫ dant̃ plures diuisiones de aliquo q̃rum aliq̃ euacuat totum diuisuz ⁊ aliq̃ nõ. illa que nõ euacuat diuisum nõ põt eẽ ꝓma. sꝫ diuisio termini ĩ cathegorematicũ ⁊ sincathegorematicũ: nõ euacuat totũ diuisum: qꝛ aliqs ẽ terminꝰ q non ẽ sincathegorematicus nec cathegorematicꝰ: vt q.a.b.c.buf.baf. Diuisio aũt termini ĩ complexũ ⁊ in icõplexum euacuat totum diuisum. ⁊ ẽt diuisio in ꝑ se significatiuũ ⁊ nõ ꝑ se significatiuũ euacuat totum diuisum: ergo illa nõ ẽ prima. Secundus modus ẽ Pauli ꝑgulensis dicẽtis ꝙ terminꝰ ꝓmo diuiditur in terminũ cõplexum ⁊ incõplexũ. Deĩde terminus icomplexus ĩ ꝑ se significatiuũ ⁊ nõ per se significatiuũ. dehinc ꝑ se significatiuus ĩ cathegorematicũ ⁊ ĩ distictum. ⁊ nõ per se significatiuus diuiditur ĩ sincathegorematicũ ⁊ depẽdentem. terminꝰ cathegorematicꝰ ĩ terminũ naturaliter significatiuum ⁊ ad placitum significatiuum. Terminꝰ naturaliter significatiuus ĩ terminũ ꝓme ĩtentionis ⁊ secũde. Terminꝰ vero ad placitum significatiuꝰ ĩ terminum prime ĩpositionis ⁊ secũde. ⁊ per hoc patet respõsio ad dubiũ. Hic modꝰ multis modis peccat. ꝓmo qꝛ ponit ꝙ terminꝰ diuiditur ꝓus in icomplexuz ⁊ in complexũ. deĩde ĩ per se significatiuũ ⁊ nõ per se significatiuũ. ꝯñter per se significatiuꝰ ⁊ nõ per se significatiuus ita euacuat terminũ diuisum in cõi sicut cõplexum ⁊ icõplexũ. ergo ita ꝓmo diuidũt terminũ. Secũdo peccat cum diuidit terminũ per se significatiuũ ĩ cathegorematicũ ⁊ distictum: qꝛ oẽ diuisum predicatur d̃ suis diuidẽtibꝰ: sed ĩdistinctus non est per se significatiuus: vt albꝰ alba album qꝛ ꝑ se sumptꝰ nõ significat. ergo ⁊c̃. Tertio peccat cũ diuidit nõ per se significatiuum ĩ sincathegorematicũ ⁊ depẽdentẽ: qꝛ nõ sufficienter diuidit terminũ nõ per se significatiuum: cum aliqs sit terminꝰ nõ per se significãs q nõ est sincathegorematicus nec dependẽs: vt buf: baf. Jõ addo tertium modum quem solũ de mẽte magistri hic reputo: ⁊ dicendum ꝙ terminꝰ põt diuidi: ⁊ sic eque primo: ⁊ sufficienter ĩ terminũ per se significatiuũ ⁊ nõ per se significatiuum: ⁊ ĩ terminũ complexũ ⁊ incõplexum. Cuiꝰ rõ est qꝛ q̃libet haꝝ diuisionum sufficienter euacuat diuisum verũ est ꝙ vna datur per respectũ ad signa: alia per respectũ ad significata. Deĩde terminꝰ nõ per se significatiuus diuidit̃ in terminũ consignificatiuũ ⁊ nõ cõsignificatiuũ. terminꝰ cõsignificatiuus diuiditur in terminũ ĩdistictũ ⁊ depẽdẽtẽ siue relatiuũ. Terminꝰ ñ ꝯsignificatiuꝰ diuidit̃ ĩ t̃minũ alicuiꝰ officii: ⁊ t̃minũ nulliꝰ officij: t̃minꝰ v̀o ꝑ se significatiuꝰ diuidit̃ ĩ t̃minũ nãlr significatiuũ ⁊ ad placitũ. Nãliter significatiuus diuidit̃ ĩ terminũ ꝓme ĩteutionis ⁊ secũde. terminꝰ ad placitũ significatiuus diuidit̃ in terminũ ꝓme ĩpositionis ⁊ secũde. Et q̃zuis terminꝰ ĩ cõi dupliciter diuidatur ĩmediate ñ seq̃tur aliquod ĩconueniẽs: qꝛ mẽbra illaꝝ diuisionum nõ sunt opposita realiter sꝫ s̃m rõnem. Quod. n. sub vno mẽbro diuisiõis ẽ nõ est sub mẽbro alteriꝰ diuisionis: vt ly hõ ẽ terminꝰ icõplexꝰ ⁊ ẽ per se significatiuꝰ: ⁊ ly hõ albꝰ ẽ terminus cõplexus ⁊ est per se significatiuus: ⁊ sic de alijs: sicut quãtitas diuidit̃ a phõ dupliciter ĩ ꝓdicamẽtis. vno mõ in ꝯtinuã ⁊ discretã. alio mõ ĩ quãtitatẽ hñtẽ positionẽ ⁊ nõ hñtẽ positionẽ: ⁊ tñ qd̃ ẽ sub vno mẽbro diuisionis ꝯtinet̃ sub mẽbro alteriꝰ diuisionis: ⁊ vt clare ĩtelligas arborẽ designaui.



Aduerte tamē quod nullam mentionē feci ꝺ aliquo quod conuertitur cū per se significatiuo. Sequendo tñ opinionem magrī in logica magna huic totali diuisioni addēda esset solum diuisio termini per se significatiui i cathegorematicū ⁊ nō cathegorematicum per se significatiuū. sicut ē termin⁹ ꝓgnās ⁊ copula. Ad secūdum dubiū dicunt senēses ꝙ magister debuisset eos terminos describere i hoc loco: vñ ita ad ꝓpositum suū eos notificauit. Sꝫ tūc est dubium vtꝝ oēs declaret vbi oēs tales describet. Iō alii aliter dicūt ꝙ magister posuit diuisiones famosiores ⁊ minus famosas tacuit. Sꝫ si aliqs quereret nūqd diuisio termini i terminū singularem ⁊ vniuersalē sit famosa vel nō. Et iō ego aliter dico ꝙ magister non posuit oēs illas ne itrincaret aium iuuenū cū tot diuisionib⁹. Sꝫ tūc quereres q̄re potius tacuit illas q̄ꝫ istas. Dī ꝙ ille magis faciūt ad ꝓpositum suū. Pro maiori tñ doctrina hic istas sex diuisiones terminoꝝ volo declarare cum etiam necesse sit ipsi logico.

Prima diuisio termini i vniuersalem ⁊ singularē.

Terminus vniuersalis ē q est aptus natus predicari de plurib⁹: vt ly hō ly aial. Termin⁹ singularis ē q est aptus natus predicari de vno solo ⁊ nō de plurib⁹: vt sor. ⁊ plato. sic diffinit eos philosophus p̄mo peryerme. Cōtra has diffinitiones arguitur q: sol ē termin⁹ vniuersalis: ⁊ tñ nō predicat̄ de plurib⁹ sꝫ de vno solo: igit̄ diffinitōes male. Itē sor. ē termin⁹ singularis: ⁊ tamē predicatur ꝺ plurib⁹: q: plures appellātur hoc noīe sor. ergo diffinitōes male. Pro respōsione ad hec argumēta aduerte ꝙ cā quare termin⁹ vniuersalis sit predicabilis de plurib⁹ ⁊ singularis nō: aliter designat̄ a realib⁹ aliter a terministis. Reales dicūt ꝙ terminus vniuersalis ē predicabilis de pluribus: q: significat vnā naturā cōmunicabilem illis pluribus. neqꝫ plures naturas cōmunes quo ad t̄minos vniuocos: vel plēs naturas cōmunes: quo ad terminos equocos. Singularis v̄o q: non significat vnā naturā cōmunicabilē pluribus neqꝫ plures naturas cōes: iō nō predicatur de pluribus: sed de vno solo. Terministe v̄o dicūt ꝙ termin⁹ cōis natus ē predicari de pluribus: nō q: significet aliquā naturam cōem pluribus sꝫ q: iposituм fuit ad significandū plura f̄m vnā ⁊ eādem ipositionē. Singularis v̄o ē apt⁹ natus predicari de vno solo: q: est ipositus ad significādum vnū solum f̄m vnā ipositionem. Ad primum ergo respondetur ꝙ q̄uis ly sol nō predicetur de pluribus: tamē ē aptus natus predicari de pluribus f̄ꝫ p̄mā opinionē: q: significat naturā cui nō repugnat esse i pluribus q̄ꝫtum ē de se: licꝫ p accidēs possit ipediri vt hic rōne mat̄ie: q: hec forma solis iformat totam materiam capacē forme solis. Scōm aliā opinionē dicit̄ ꝙ sol ē aptus natus predicari de plurib⁹ q: est impositus ad significādum plura f̄m eādem ipositionē. Ad secūdam f̄m reales pꝫ ꝙ ly sor. nō predicatur de pluribus: q: nō significat vnā naturā cōem pluribus sed solum f̄m nomē. Et f̄m terministas nō predicatur ꝺ pluribus: q: nō est ipositum ad significādum plura f̄ꝫ eādem ipositōem. Et si dī cōtra. chymera est termin⁹ cōis: ⁊ tamē nō ē aptus natus predicari de plurib⁹: q̄a nihil ē qđ sit chymera. Dī ꝙ apud itellectū tales p̄dicatōes v̄e sūt. illa chymera est chymera. illa ē chiera. lꝫ f̄m naturam sint ipossibiles. Dubiū est an ly isti i numero plurali sit terminus cōis vel singularis. videt̄ primo ꝙ sit terminus cōis: q: oīs terminus supponibil' ꝓ pluribus de qbus predicat̄ ē cōis: ly isti ē huiusmodi vt pꝫ. ergo ⁊c̄. Oppositū arguit̄ ꝙ si ly isti essꝫ terminus cōis tūc illa essꝫ vniuersal: oēs isti currūt: sꝫ hec ñ est vniuersalis: ergo ⁊c̄: ꝯsequētia nota cū maiori. minor ꝓbatur: q: ista nō est vniuersalis. oēs Cicerōes currūt: ergo a siñ nec oēs isti currūt. tenet ꝯñā: q: sic̄ ly Cicero est nomē ꝓpriuм ⁊ terminus discretus: ita ly isti in singulari: ꝓbatur: q: illa oēs Cicerōes currūt. nō ē ꝓpositio: ergo nō est vniuersalis: tenet cōsequētia et aῆs ꝓbatur: q: illa est ꝓpositio equoca: ergo nō ē ꝓpositio vna: tūc si nō ē vna ꝓpositio. ergo ñ ē ꝓpositio. Circa hoc dubiū due sūt opiniōes. Una vult ꝙ sit terminus cōis: ⁊ hāc tꝫ magister i logica p̄ua. Alia vult ꝙ ñ sit termin⁹ cois. ⁊ hāc tꝫ i logica magna. Sustinēdo p̄mam opinionē negāda ē vltima ꝯñā. ñ est vna ꝓpositio: ergo ñ est ꝓpositio. q: ph̄ūs p̄mo peryermēias diuidit enūciatōeꝫ i vnam ⁊ plures. ⁊ certū est ꝙ diuisuꝫ predicatur de quolibꝫ diuidētium. ergo illa ē vera. enūciatio plures est vna enūciatio. ita i ꝓposito dicat̄. Ulterius pōt negari similitudo iter illas. oēs cicerōes currūt. ⁊ oēs isti currūt. ⁊ rō est: q: ly cicerōes predicatur ꝺ pluribus f̄m diuersas rōes: sed ly isti f̄m eādem rōeꝫ. Sustinēdo vero secūdam opiniōeꝫ ad argumētuꝫ dicēdum vt ipe dicit negādo maiorem: sꝫ debet sic sumi. si debet esse vera. Oīs terminus suppōibilis diuisiue pro pluribus est cōis: modo si ly isti suppōit ꝓ plurib⁹ hoc est p modum vnius ⁊ collectiue. Uel dicit ipse licꝫ significet plura ñ tñ suppōit pro illis: q: ñ f̄m rōeꝫ eādeꝫ p̄dicatur de pluribus. Prima opīo mihi magis placet.

Scōa diuisio termi i t̄minū magis cōeꝫ ⁊ min⁹ cōeꝫ.

Terminus magis cōis est qui vlr potest p̄dicari de alio ⁊ nō ecōtra respectu cuius est magis cōis: vel salteꝫ sibi ñ repugnat: vt ly aial respectu homis est terminus magis cōis. Et notāter dī. ⁊ sibi nō repugnat. q: ille sol est iferi⁹ ad ly sol ⁊ minus cōis: ⁊ tamē vniuersaliter predicat̄ dicēdo. oīs sol ē iste sol. etiam apparet ꝙ ly sol nō sit cōior. sufficit tamē ꝙ repugnet isti termīo sol predicari vniuersaliter de ly ille sol: ⁊ nō ecōtra. Terminus minus cōis est q ñ vniuersaliter predicari pōt de alio respectu cuius est minus cōe vel saltem nō repugnat: vt ly homo respectu aialis. Cōtra hoc arguitur ⁊ probatur ꝙ nullus terminus est cōior alio. q: cōitas t̄mi attēditur penes m'titudieꝫ significatoꝝ: sꝫ eque multa significat vn⁹ terminus cōis sicut ⁊ ali⁹: vt ꝓbo. ergo ⁊c. ꝯñā nota cū maiori. mior ꝓbat̄. Illā qlibꝫ terminus cōis significat ifinita: ergo vnus ñ plura significat q̄ꝫ alter. ꝯñā nota: quia vnū ifinitū ñ ē mai⁹ alio: aῆs ꝓbat̄: q: iste terminus homo significat oēs hoīes p̄ntes p̄teritos ⁊ futuros poīes ⁊ imagiabiles q sūt ifiniti. ēt de quocūqꝫ alio t̄mio cōi dicēdū ē. ⁊ hoc argumētū fuit tāte efficacie apđ aliquos ꝙ fuit opīo que dixit ꝙ null⁹ terminus cōis ē alio cōior q: qlibet significat infinita. Sꝫ hec opinio falsa ē ⁊ tripli improbat̄: q: seq̄t. null⁹ t̄min⁹ cōis ē alio cōior: ergo

Soles in aptitudine possunt ... qr ... qr minora ē coibiles qr logici habitudinem non actum considerant ... vide logicam Caietani

10: tn confundit quia antea dixit (albus) consecutiue modo dicit e connotatiuus

nullus terminus cõmunis est supior alio. tenet cõsequẽtia: quia qlibet terminus superior est cõmunior. ꝯñs est manifeste falsum. Secũdo prime sube sunt magis sube q̃ȝ secũde: ⁊ spẽs sunt magis sube q̃ȝ genera. ergo aliq sũt termini magis cões aliq minꝰ cões. q: oppositũ ꝯñtis nõ stat cũ añte. Tertio sequeret̃ ꝙ nulla eẽt ꝑdicatio idirecta i terminis cõibꝰ: q: sp equale ꝑdicat̃ ꝺ eq̃li: ꝯñs est manifeste falsũ. Ad argumẽtũ illoꝝ rñdeo negãdo ꝙ penes multitudinẽ significatoꝝ attẽdat̃ cõitas termini: q: hõ albꝰ plura significat q̃ȝ hõ ⁊ tñ est minꝰ cõis: q: significat oẽs quos significat hõ ⁊ albuȝ vltra. sed cõitas termini attẽdit̃ vt dictũ ẽ i diffiniẽdo penes vlr predicari de alio ⁊ nõ econuerso: vel penes non repugnantiam.

Tertia diuisio t̃mi i terminũ ifinitũ ⁊ t̃minũ finitũ.

Terminus infinitus est terminꝰ negatꝰ: qa naturam vnã interimit ⁊ infinitas dereliqt: vt ly nõ hõ. ⁊ dr̃ ifinitus. i. ideterminatus ꝼȝ suã significatõeȝ. Terminꝰ finitꝰ ẽ terminꝰ nõ negatus. q: nullã naturã iterimit. ⁊ dr̃ finitus. i. determinatus in significãdo. Cõtra. terminꝰ ifinitus dr̃ tam de nõ ente q̃ȝ de ente: ergo nõ infinitas naturas dereliquit. tenet ꝯñа: q: si dereliqueret infinitas naturas diceret aliqd positiuũ: ⁊ cõsequẽter nõ posset affirmari ꝺ nõ ente. añs aũt ẽ de mẽte phi. primo peryermenias capitulo de verbo dicẽtis: ȝ infinitũ sit verbũ: qm̃ similiter est i quolibet quod ẽ vel nõ ẽ. vbi sanctꝰ Thomas ⁊ Boetiꝰ ⁊ alij exponẽtes dicunt de mẽte phi ꝙ terminus ifinitus dr̃ tam de ente q̃ȝ de nõ ente. iõ cõcederet̃ istaȝ. chymera est nõ hõ. ⁊ tñ non seq̃t̃. ergo chymera est: a t̃tio adiacẽte ad scõm adiacẽs: q: terminꝰ ifinitus est ampliatiuꝰ cũ v̇ificet̃ tã de ente q̃ȝ de nõ ente. In oppositũ arguit̃: q: cõiter logicãtes dicũt ꝙ a negatiua ꝺ ꝑdicato finito ad affirmatiuã de ꝑdicato ifinito sine cõstantia subiecti nõ valet ꝯñа: ȝ cũ cõstãtia sic: ꝑ qđ habet̃ ꝙ terminꝰ infinitꝰ solũ dr̃ de ente: q: si possȝ vere ꝑdicari de nõ ente sicut de ente valeret cõsequentia sine ꝯstantia subiecti. Itẽ Boetiꝰ i ꝑmo peryermenias dicit ꝙ terminus ifinitꝰ ẽ q negat vnã naturã ⁊ infinitas derelinqt. mõ per hoc ꝙ ifinitas derelinqt denotat ꝙ iportat aliqd positiuũ: ⁊ per ꝯñs nõ põt v̇ificari de non ente. ẽt vr̃ Boetiꝰ sibi ꝯdicere. Pro cognitõe vel ꝯcordatõe hoꝝ aduerte ꝙ terminꝰ ifinitꝰ dicit duo. vnũ ꝑncipaliter. s. negationẽ vniꝰ nature: aliud secũdario: ideterminate tñ. s. aliqd quod nõ ẽ natura illa negata. Quo ad ꝑmũ indifferẽter dr̃ tã de nõ ente q̃ȝ de ente: quo ãt ad scõm dr̃ solum de ente. Qui ergo dicũt ꝙ dr̃ tam ꝺ nõ ente q̃ȝ de ente cõsiderãt solũ ad pricipale significatum. Qui ãt dicũt ꝙ dr̃ solũ de ente cõsiderãt totale significatum. quare v̇triq̃ȝ bene dicunt.

Quarta diuisio i positiuum ⁊ priuatiuũ.

Terminus ꝑuatiuꝰ ẽ q naturam vnã negat cõnotans aptitudinẽ ad illam ex ꝑte subiecti: vt cecꝰ dr̃ q nõ habȝ visum: ⁊ tñ est aptus natꝰ habere visum. Terminꝰ positiuus ẽ qui ponit naturã vnã cui põt aduenire ꝑuatio: vt visus: auditus. Aduerte tñ ꝙ aliqs est terminꝰ q nõ est positiuus nec ꝑuatiuus. vt nõ homo.

Quita diuisio termini i terminum cõnotatiuuȝ ⁊ terminum nõ cõnotatiuum.

Terminus cõnotatiuus est q adequate significãdo suũ significatum: significat aliqd quod se hȝ ꝑ moduȝ forme respectu illiꝰ significati: vt ille terminꝰ albũ ẽ cõnotatiuus: q: significãdo albũ significat albedinem que se hȝ per modum forme respectu albi: ⁊ sic de alijs: ⁊ breuiter oĩs terminus i concreto ẽ cõnotatiuus. Terminꝰ nõ cõnotatiuus est qui significando suum significatum nõ significat aliqd quod se hȝ ꝑ modũ forme respectu illiꝰ significati vt humanitas ⁊ albedo: ⁊ breuiter q̃cũq̃ȝ terminꝰ i abstracto. Et si aliqs terminꝰ i significando suuȝ significatũ significat aliqd ꝑ modũ forme substãtialis ẽ terminus substãtialis: vt hõ: si v̇o significat aliqd ꝑ modum forme accidentalis est terminꝰ accidẽtalis: vt album: si vero nõ significat per modum substãtie nec per modum accidentis nõ est terminus substãtialis nec terminus accidẽtalis: nec quilibȝ terminꝰ substãtialis est i ꝑdicamento substãtie. vt deus: nec qlibet terminus accidẽtalis ẽ i predicamẽto accidẽtis: vt iustũ: sapiẽs vel hoꝝ abstracta: q: sunt analogi vel equiuoci.

Sexta diuisio termini in terminum mediatum ⁊ in terminum imediatum. f 6 vide 3

Terminus imediatus ẽ terminus simplex nõ resolubilis i aliqd: vt ꝓnomina demonstratiua in singulari numero: vt ego tu: ille: iste: hic ⁊ aduerbia demõstrandi: vt nũc: tũc: hic: ⁊ illic: ⁊ hoc verbum est presentis tẽporis ⁊ singularis numeri. Et cã est: q: hoc posset intrare probationem quorũlibet aliorum terminoꝝ ꝑ aliqbꝰ supponẽtium: ⁊ nõ econuerso: sicut notius ⁊ nõ dico sicut superiꝰ vel inferius: q: ly hoc intrat probationeȝ illius termini: ille homo. ⁊ tamẽ nõ est inferius nec superiꝰ ad illum: sed bene est notiꝰ: seq̃tur. n. homo currit: ⁊ hoc est ille homo: ergo ille homo currit. Ideo illa talis propositio ẽ imediata: hoc est quia nõ põt probari per aliquod notius per sensum: ⁊ tñ est differentia iter illos terminos imediatos: eo ꝙ pronomia ⁊ aduerbia sic sunt imediata ꝙ nullũ terminũ iferiorẽ se habẽt per quẽ possint probari ȝ illud verbũ est: ꝑñtis tẽporis ⁊ numeri singularis sic est imediatum ꝙ nullũ habȝ supra se terminũ: ȝ sub eo oĩa verba ꝯtinentur. cõueniũt tñ oẽs i hac diffinitione q: sunt simplices termini non resolubiles in aliqd aliud ⁊c̃. Terminꝰ mediatus est terminus resolubilis i aliquid aliud. vt ly homo.

Capitulũ de noĩe ⁊ verbo.

Quia de nomine ⁊ verbo ex quibus oratio cõponitur ⁊ ꝓpositio logicus principaliter considerat: ideo de his restat diffinitioneȝ assignare. Nomẽ ergo est terminus ⁊c̃. Aduerte ꝙ philosophus in ꝑmo peryermenias aliter determinat de nomine ⁊ aliter magister hic. Philosophus eñi strictius locutꝰ est q̃ȝ magister. determinat. n. solum de nomine vocali: ad quod septem conditiones requirũtur: vt diffinitio cõpleta manifestat. Est. n. nomẽ vox significatiua ad placitum sine tempore cuiꝰ nulla ꝑs sꝑata significat finita ⁊ recta. Dicitur primo vox ad dr̃iaȝ sonoꝝ q ñ sũt voces: vt strepitꝰ pedũ: fragor arboꝝ. Secũdo dr̃ significatiua: ad dr̃iaȝ vocũ nõ significatiuaꝝ:

f 6 vide 3. tn terminus immediatus duplex: secundum intellectum. itaque duplex: infra limites praedicamentorum. et supra limites, ut transcendentia: alio modo terminus immediatus: secundum sensum: pronomina demonstrandi. et adverbia quaedam

vt hec vox bu:ba. Tertio ad placitū ſm̄ inſtitutionem hominis a beneplacito procedente: ad differentiam vocum nãliter ſignificatiuaꝝ: vt gemitus infirmoꝝ.

Quarto ſine tp̄e: ad differentiã v̄bi ⁊ participij que ſignificãt cū tēpore. Quinto cui⁹ nulla pars ſepata ſignificat: ad differentiã oꝛonis cui⁹ partes ſignificant ſepate. Sexto finita ad dr̄iam nois infiniti: q2 nō eſt nomē ſm̄ logicos. vt nō hō: cui⁹ rōnez aſſignat ſanct⁹ Thomas ibi: q2 nomen determinatã rē ſignificat aut nãm: ſicut nomē: aut pſonã: ſicut ꝓnomē: aut vtrūq3: ſicut nomē ꝓpriū. Infinitū aūt nomē nō ſignificat determinatã rē q2 v̄ificaꝛ tã de ente q̄3 nō ente. Septimo dicitur recta ad dr̄iaz oblīq caſus q nō dicit̄ nomē Cui⁹ rō aſſignaꝛ a phō: q2 nomē iunctū cū v̄bo ſubſtãtiuo facit oꝛonē verã vel falſaz. ſed talis obliquus nō facit oꝛonez verã vel falſam: iō nō ē nomē. Sanctus doctoꝛ dicit ꝙ ſolus ntūs eſt nomē: q2 per ipm̄ facta ē impoſitio nois ad ſignificãdū. oblīq v̄o vocant̄ caſus: q2 q̄ſi cadūt per quandã declaratiōis originē a ntō q nō dicitur caſus eo ꝙ nō cadit. Stoici tn̄ dixere ntōs caſus quos grãmatici ſequūtur. eo ꝙ cadūt. i. ꝓcedūt ab interioꝛi ↄceptōe mētis. ⁊ dicit̄ rectus q2 nihil ꝓhibet vt aliqd cadēs ſic cadat vt rectū: ſic̄ ſtilus q cadēs ī ligno cōfigit̄. Magiſter aūt largius determinat de noie. p̄mo q2 ↄprehendit tã nomē ī voce q̄3 etiã ī ſcripto ⁊ ī mēte: ⁊ nō pōt poni in diffinitione ei⁹ ꝙ ſit vox nec ad placitū ſignificatiua: q2 aliquod ad placitū aliquod nãlr̄ ſignificat: quod enī ē ī ſcripto vel ī voce ad placitū ſignificat: quod v̄o ī mēte nãliter ſignificat.

Scd̄o q2 magr̄ ↄphēdit tã nom̄ īfinitū q̄3 finitū tã obliquū q̄3 rectū. Vn̄ ad nomē ſic acceptū q̄ttuoꝛ ↄditōes reqruntur. Prima ꝙ ſit termin⁹ ad dr̄iaz ſignoꝝ q̄ nō ſūt termini. Secūda ſignificatiu⁹: ad dr̄iaz nō ſignificatiuoꝝ vt ōis null⁹: q̄ apō logicū nō ſūt noia. Tertia ſine tēpoꝛe ad dr̄iaz v̄bi vel participij. Quarta cuius nulla pars ſepata aliqd ſignificat. ad dr̄iaz oꝛationis.

Aduerte ſecūdo ↄ̄ duas vltimas particulas huius diffinitionis: que due ſunt quō ſunt intelligēde. ⁊ p̄mo ↄ̄ illã: ſine tēpoꝛe. q2 videt̄ ꝙ nomē ſignificet cū tēpoꝛe. nã iſta noia dies: mēſis: ann⁹: ⁊ ↄſimilia ſignificãt tēpus. Pro hui⁹ itellectu nota ꝙ tp̄s pōt ↄſiderari tripl̄r. Vno mō ꝓut ē res q̄dã ī ſe ⁊ ſic ſignificaꝛ p nomen: vt ann⁹. dies ⁊c̄. Alio mō pōt ↄſiderari vt ē mēſura motus. q2 illud quod p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄ mēſuraꝛ tēpoꝛe eſt mot⁹ in quo ↄſiſtit actio ⁊ paſſio. Jō v̄bū quod ſignificat actionē ⁊ paſſionē ſignificat illo mō tēpus: ⁊ hoc ē ſignificare cū tēpoꝛe: q2 ſignificare cū tp̄e nihil aliud ē niſi ſignificare rē vt mēſuratur tēpoꝛe: q2 phūs vocat ↄſignificare tēp⁹. ⁊ a tali cōſignificatōe tēpoꝛis excluditur nomē per illã particulã ſine tēpoꝛe. Tertio pōt ↄſiderari vt dicit habitudinē rei mēſurãtis ad rez menſuratã. ⁊ ſignificaꝛ per aduerbiū tēpoꝛale vt heri cras: ⁊ per hoc p3 rn̄ſio ad inſtãtiã factã. Secūdu3 eſt ↄ̄ illã particulã cui⁹ nulla pars ſeparata ſignificat: q2 nois cōpoſiti pars ſeparata a toto aliqd ſignificat: vt hoꝛum noium reſpublica: hircoceruus: equiferus. partes ſeparate a toto aliquid ſignificant. Dicendū ꝙ nominis nulla ps ſeparata ſignificat aliqd ſi ad ſignificationē nois comparetur totū vel pars ſm̄ quod eſt ī toto: vel per alia verba pars ſeparata nihil ſignificat quod ſit de itellectu toti⁹: cui⁹ rō ē q2 vnūquodq3 nomen ſiue ſimplex ſiue cōpoſitū imponitur ad ſignificandū vnū conceptū ſimplicē: vn̄ aliqn̄ aliud ē illud a quo nomē imponit̄ ad ſignificãdū ab eo quod ſignificat. vn̄ hoc nomē lapis ipōitur a leſione pedis. ſignificat tn̄ quendã cōceptu3 ſimplicē ſiue nãm ſimplicē. ⁊ ita eſt ī noie cōpoſito. l3 enī iponatur a duob⁹ cōceptibus: nō tn̄ ſignificat duos conceptus ſed vnū. Oratio iponitur ad ſignificandū a pluribus cōceptib⁹. ⁊ ſignificat plures cōceptus: ⁊ ſic ly ferus ſm̄ ꝙ eſt pars nominis cōpoſiti nihil ſignificat. ſ3 aūt ꝙ ē pars oꝛonis ſignificat partem cōceptus cōpoſiti. Nois tn̄ cōpoſiti pars v2 ſignificare: ſimplicis v̄o nō. Rō p̄mi ē. q2 nomen cōpoſitū iponitur ad ſignificãdū a duob⁹ ↄceptib⁹. ſimplex aūt ab vno: ⁊ per hoc p3 rn̄ſio ad inſtãtiã.

De verbo.

Verbum eſt terminus tēpoꝛaliter ſignificatiuus ⁊ extremoꝝ vnitiu⁹ ⁊c̄. Aduerte ꝙ phūs diffiniens verbū p̄mo peryerme. aliter diffinit q̄3 magr̄: cū aliter accipiat verbū. Dicit enim. Verbū eſt vox ſignificatiua ad placitū cū tēpoꝛe cui⁹ nulla pars per ſe ſeparata ſignificat: ⁊ eſt nota eoꝝ q̄ de altero dicunt̄: finita ⁊ recta. per p̄mã particulã vox ſignificatiua ad placitū. v̄bū ↄuēit cū noie per ſecūdã cū tēpoꝛe. v̄bū differt a noie ⁊ cōuenit cū participio. ꝑ tertiã: cuius nulla pars ſeparata ſignificat: differt ab oꝛone. per quartã. eſt nota eoꝝ q̄ de altero dicunt̄. differt a participio. Hec particula a diuerſis diuerſimode exponitur. Sanctus doctoꝛ di. eſt nota eoꝝ q̄ de altero p̄dicãtur. i. v̄bū eſt ſignificatiuū eoꝝ q̄ p̄dicãtur. i. v̄bū ſe tenet ex parte p̄dicati ex quo ſignificat illud qudd p̄dicatur. Aliter Gradeus de itētōe ſancti doc. v̄bū ē eoꝝ q̄ p̄dicãtur. i. ſignificatiuū eoꝝ q̄ p̄dicant̄ nō ꝙ qcqd p̄dicatur ſit ſignificatū v̄bi: q2 tūc ōia p̄dicata eſſent accidentalia: cum ſignificata verboꝛū ſint quedam accidentia ſed pro tanto dicitur ꝙ ſiue predicatur vnum nomen ſiue aliud ipſum verbum eſt ſignu3 eoꝛum que predicantur eo ꝙ ratione compoſitionis impoꝛtate per verbum omnis predicatio fit per verbum ī actu: ſiue ſit predicatio eſſentialis ſiue accidentalis. Burleus vero dicit: eſt nota eoꝛum ideſt eſt p̄ncipium notificandi predicatum de ſubiecto. Magiſter vero dicit. eſt nota eoꝛum. ideſt eſt vnitiuu3 ſubiecti cu3 predicato. Vltimo dicitur finita propter verbum infinitum: vt non currit ⁊ recta. ꝓpter obliquū: vt currebat. que non ſunt verba ſm̄ philoſophū. Et ſic patet philoſophū ſolum determinare de verbo vocali ⁊ non mentali nec ſcripto. ⁊ tantū de verbo finito ⁊ recto. Magiſter autem largius diffinit verbum dicens. Verbum eſt termin⁹ tempoꝛaliter ſignificatiuus ⁊ extremoꝛu3 vnitiuus: cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat. Et ſic patet ꝙ hec diffinitio eſt cōmunis ad omne verbum ſiue vocale ſiue mētale ſiue ſcriptum: ſiue finitum ſiue infinitum ſiue rectum ſiue obliquū. Per illã particulam tempoꝛaliter ſignificatiuus differt a nomine. Per illa3 particulã: cuius nulla pars ⁊c̄. differt ab oꝛatione. Per illam extremoꝛu3 vnitiu⁹ differt a participio: quod nō vnit extrema: q2

non regit aliquid a parte ante sed solum a parte post. Quid sit significare tēporalr̄. ⁊ quō nulla pars sepata aliqd significat dictū est in diffinitione nominis.

Capitulum de oratione.

Oratio est terminus significatiuus. ⁊c.

Aduerte ꝙ phūs diffiniēs orationem primo pyhermenias dixit: Oratio est vox significatiua cuiꝰ partiū aliqua est significatiua separatim: vt dō ea ē vel non ē affirmatio. hāc vltimā particulā posuit nō ꝙ nō sit aliqua oīo cuiꝰ pars non significet: vt affirmatio: qꝛ pars ypothetice significat: vt affirmatio: sed qꝛ hoc non est cōmune oratiōi. s. habere partem q̄ significet vt affirmatio: sed bene cōpetit cuilibet orationi habere partez que significet vt dictio. Et diuidit phūs orationē i has qnqꝫ spēs. s. enūciatiuam: vocatiuā: interrogatiuam: imperatiuā ⁊ deprecatiuam. Cā huiꝰ diuisionis ē: qꝛ hō aut ꝑcipit veritatem rei. ⁊ ad hoc ordinat̄ enūciatio que ē oratio indicatiua significans verū vel falsū: aut dirigit ⁊ ordinat aliū: aut ad attēdendum mēte. ⁊ ad hoc ordinat̄ vocatiua oratio: aut ad exequēdū ope: ⁊ ad hoc ordiat̄ oratio iterrogatiua. aut ad respōdendū voce. ⁊ sic dupliciter. aut q̄ꝫtuꝫ ad inferiores: ⁊ sic deseruit oratio depcatiua: aut q̄ꝫtuꝫ ad superiores: ⁊ sic deseruit oīo impatiua. Alie aūt orationes ad aliq̄ꝫ istaruꝫ spērum reducunt̄. dubitatiua .n. siue subiūctiua reducit̄ ad interrogatiuam siue optatiuam vel ad deprecatiuā. Magister aūt largiꝰ diffiniens oīonem dixit. Oratio ē terminꝰ ꝑalr̄ significatiuus: cuiꝰ partes aliqd separate significāt. vltima particula ponit̄ ad dr̄iaꝫ nois ⁊ verbi. Et diuidit oīonē primo in perfectam ⁊ in imperfectā. Deinde ꝑfectam in quatuor spēs. s. indicatiuam: optatiuā: iperatiuaꝫ: ⁊ subiunctiuam. Ex his pꝫ ꝙ magister largius accipit orationē: qꝛ pro scripta vocali ⁊ mētali. Phūs aūt pro vocali tm̄ que proprie oīo. i. oris ratio dr̄. Patet secūdo ꝙ vterqꝫ bene diuidit orationē: sed secundū aliā cōsiderationē diuidit phūs: ⁊ ꝑm aliā magister. Nā philosopꝰ diuidit orationē ꝑm processionē veritatis ⁊ ordinationē alioꝝ. Magister aūt ꝑm diuersitatem modoꝝ verbi. Oratio perfecta sic diffinitur a magistro. Est que perfectuꝫ sensū gn̄at in aīo auditoris. ⁊ hec est data per respectū ad significatū. Alij aūt aliter diffiniunt orationē sic: est cōgrua dictionū ordinatio. ⁊ est data per terminos siue dictiones. Ex his aūt duabus fit vna ꝯpleta sic. Oīo ꝑfecta est cōgrua dictionū ordinatio perfectā sentētiā demōstrās. Aliq tn̄ faciunt dr̄iam iter orationē ꝑfectā ⁊ cōgruā. Perfecta dicit̄ ꝑ respectum ad significatū. Cōgrua vero per respectum ad ordinationē rectā dictionū. ⁊ ois ꝑfecta ē ꝯgrua ⁊ non ecōuerso. ⁊ de cōgrua grāmaticꝰ ꝯsiderat: de perfecta vero logicus. Oratio imperfecta sic diffinitur: ē q̄ ipfectum sēsū gn̄at in animo auditoris. ⁊ est triplex. q̄dam cni sine verbo vt hō albus. quedā cū solo v̄bo infinito: vt deum eē. quedā cū verbo idicatiuo famulari nō significās verum nec falsum: vt sor. icipit.

Capitulum de propositione.

Propositio est oīo ⁊c.

Aduerte ꝙ phūs diffiniēs enunciationē ꝑmo pyhermenias q̄ ē idē realiter qd ꝓpositio dixit. Enūciatio est oīo significās veꝝ vl̄ falsū. cuiꝰ q̄ttuor diuisiones assignāt̄. Primo eni diuidit̄ enūciatio i enūciationē vnā simplr̄: ⁊ vnā ꝑ ꝯiūctionē. i. cathegoricā ⁊ ypotheticā. Secūdo enūciatio vna simplr̄ i affirmatiuā ⁊ negatiuā. Tertio diuidit̄ enūciatio vna simplicit̄ i enūciationē de subiecto vli: ⁊ i enūciationē de subiecto singulari. Quarto diuiditur enunciatio in vnā ⁊ plures. sꝫ hec ē cōior diuisio ⁊ prima inter oēs. sed est ipropria: qꝛ omnis enūciatio ē ꝓprie vna: sꝫ improprie diuidit̄: sicut hō iproprie diuidit̄ in hoiez veꝝ ⁊ hoiez mortuū. Iste diuisiōes sic ordinantur. Enūciatio diuiditur in vnā ⁊ plēs. Enūciatio vna diuiditur in cathegoricā ⁊ ypotheticā. Cathegorica diuiditur i. affirmatiuā ⁊ negatiuā. ⁊ iteꝝ cathegorica diuiditur i singularē ⁊ illā de subiecto vli. Phūs āt ponit aliā diuisionē enūciationis ⁊ simplicē ⁊ ꝯpositā. sꝫ secūdū aliquos coincidit in illā q̄ est i vnā ⁊ plures. Boetiꝰ tamē vult ꝙ diuisio illa q̄ est i vnā ⁊ plures referat̄ ad significata: sꝫ simplicitas ⁊ cōpositio refert̄ ad voces. Magister aūt diffiniēs ꝓpositionē dixit. Propositio ē oīo indicatiua veꝝ vel falsum significās. In q̄ diffinitiōe ponūtur tres particule. Prima oīo: q̄ est genꝰ: ⁊ capit̄ vt se extēdit ad scriptā vocalē ⁊ mētalē. Secūda idicatiua: per quā differt ab oīonibꝰ alioꝝ modoꝝ. Significans veꝝ vel falsum: est alia dr̄ia per quā differt ab oīonibꝰ indicatiuis nō significātibꝰ veꝝ vel falsum: vt sor. incipit. Nota ꝙ ly significās veꝝ vel falsū capitur ꝓ esse significatiuū veri vel falsi. Nā significās ꝓprie dicit actū. sed significatiuū dicit aptitudinē. mō ꝓpositio q̄ est i libro clauso ē ꝓpositio. ⁊ tn̄ nō significat veꝝ nec falsū: sed significatiua est veri vel falsi. Et nota vlteriꝰ ꝙ significare veꝝ vel falsū siue eē significatiuū veri vel falsi est duplr̄. vno mō qescēter. alio mō nō quiescēter. Quiescēter est qn̄ intellectꝰ quiescit audita illa oīone significante. ⁊ sic oīo indicatiua significat veꝝ vel falsū: vt ista: deꝰ est. q̄ generat ꝑfectū sensuꝫ in aīo auditoris. Non qescenter v̄o est qn̄ itellectꝰ nō qescit audita illa oīone. vt deū eē: qꝛ nō generat perfectuꝫ sensum in aīo auditoris. ꝑma significat veꝝ vel falsuꝫ sed secūda nō. Dubiū est cur magister addit illā ꝑticulā indicatiua diffinitiōi phi: aut ergo diffinitio philosophi diminuta ē: aut diffinitio magr̄i ē superflua.

Ad qd ē dicēdū ꝙ nec illa est diminuta nec ista superflua. Pro quo aduerte ꝙ ꝓpōnes alioꝝ modoꝝ: vt dicit phūs ꝑmo pyermenias nō significāt veꝝ nec falsū. Ois ergo oīo significās veꝝ vel falsū ē idicatiua: ⁊ sic pꝫ ꝙ diffō phi nō ē diminuta: nec ista supflua lꝫ pōat̄ ista ꝑticula idicatiua. qꝛ diffō tūc dr̄ eē supflua qn̄ non ꝯpetit oi ꝯtēto sub diffinito: vt si ꝑ diffōnē aīalis assignaret̄ hec: suba aīata sensitiua rōnalis. ē supflua: qꝛ nō ꝯpetit oi aīali. ⁊ tc̄ ē diminuta qn̄ ꝯpetit alteri a diffinito: vt si ꝓ diffōne aīalis assignet̄ ista: suba aīata. ⁊ n̄ aliud tūc ē diminuta: qꝛ ꝯpetit alteri a diffinito: vt plāte. Ex his pꝫ ꝙ diffō magr̄i nō ē supflua nec diminuta cū ꝯuertat̄ cū diffinito. Magr̄ ergo addit illā ꝑticulā: idicatiua: n̄ tāq̄ꝫ necessariā sꝫ ad exꝑmēdā magis nām̄ ꝓpōnis: sic̄ cū diffinit̄ aial sic: suba aīata sensitiua. diffinitio est bona. ⁊ etiam est bona si similit er

addat̃ hec particula corporea: sic dicẽdo: aĩal ẽ substã-tia corporea aĩata sensitiua. Et nõ valet si dicatur. illa particula includit̃ i alijs: ergo frustra ponit̃: qꝛ q̃zuis ĩcludatur: nõ tñ ↄuertit̃ cũ aliq̃ illaꝝ. Vel aliter põt dici ꝙ illa pticula indicatiua est necessaria in diffinitiõe ꝓ-positionis. qꝛ sine illa diffinitio nõ cõuerteret̃ cũ diffi-nito: qꝛ nõ ois oĩo significãs veꝝ vel falsuz ẽ ꝓpositio. Et si dicis: hoc est ↄ̃ philosophũ p̃mo pyermenias q dicit orõnes alioꝝ modoꝝ nõ significare veꝝ vel fal sum. ⁊ etiam qꝛ diffinitio philosophi ẽ diminuta cum cõpetat alteri a diffinito. s. orõni ĩfinite. Dicit̃ ꝙ si-gnificare veꝝ vel falsũ duplr̃ põt capi. s. ꝓprie vt signi ficare veꝝ vel falsũ qescenter. Alio mõ cõiter siue qe-scẽter siue nõ qescẽter significet veꝝ vel falsuz. Primo mõ accipit philosophꝰ. ⁊ illo mõ ois oĩo significãs ve rũ vel falsũ ẽ ꝓpositio. Scd̃o mõ accipit magr̃ ⁊ sic nõ ois oĩo significans veꝝ vel falsũ ẽ ꝓpositio: ⁊ sic pȝ so lutio ⁊c. Aduerte vlteriꝰ ꝙ ista verba icipit: põt ⁊ cõ similia pñt duplr̃ ↄsiderari. Vno mõ vt famularia sũt. alio mõ nõ vt famularia. Si vt famularia cõsiderent̃ scias ex grãmatica ꝙ hñt famulari ĩfinitiuis cũ qbus iungunt̃. ⁊ sic ẽẽnt psonalia vel impsonalia ſm ꝙ sũt infinitiua qbꝰ famulãtur. Si v̇o cõsiderẽtur nõ vt fa-mularia tũc erũt verba psonalia vt ly incipit ẽ verbũ actiuũ purũ: ⁊ ly põt absolutũ. Si primo mõ cõsiderẽ-tur iste orõnes nõ significãt verũ vel falsuz. sortes põt: plato incipit: cũ sint impfecte ⁊ nõ significẽt verũ neqȝ falsũ seu pfectũ sensũ i aĩo auditoris. Si vero conside-retur secũdo mõ erũt pfecte ⁊ significãt verũ vel falsũ. primo mõ accipit magister. Aduerte vlteriꝰ ꝙ eadẽ oratio ẽ enũciatio: ꝓpositio: ↄclusio. ⁊ iterrogatio rea liter: sed differũt rõne. qꝛ dr̃ enũciatio inq̃ztũ enunciat aliqd de aliquo. s. veꝝ vel falsũ. Dicitur ꝓpositio inq̃ztũ iponitur ad iferẽdũ aliqd aliud: ⁊ ꝓpositio dicitur ꝓ alio positio: vt p̃missa q̃ ponitur ꝓ cõclusione iferenda. Dicit̃ conclusio inq̃ztũ cõcludit̃. Dicitur ãt iterrogatio inq̃ztuȝ iterrogatur ⁊ ꝓponit̃ sub mõ dubij. ⁊ ẽt põt dici questio: ⁊ est dubitabilis ꝓpositio. In pñti su-mit magister ꝓpositionẽ nõ ſm primã rõnẽ. s. ꝓ ora-tione q̃ ponit̃ ad iferẽdũ: vt ẽ p̃missa. sed large ꝓ omni orõne indicatiua significãte verũ vel falsum.

De propositione cathegorica.

Aduerte primo ꝙ magister diffiniẽs ꝓpositionẽ cathegoricã dicit sic. Propositio cathegorica ẽ q̃ hȝ subiectuȝ p̃dicatũ ⁊ copulã principales ptes sui. Duas pticulas posuit in ista diffinitiõe. prima est. ꝓpõ q̃ ẽ loco gñis. secũda ẽ q̃ hȝ subm̃ p̃dicatũ ⁊ copulã principales ptes sui. q̃ ẽ loco drĩe. nã p hãc pticulã differt a propositiõe ypothetica: cuiꝰ ptes p̃ncipales nõ sũt subȝ ⁊ p̃dicatũ ⁊ copula: sȝ due ꝓpõnes: ⁊ hec pticula dȝ itelligi explicite vl̃ iplicite: qꝛ dicẽdo ois hõ ẽ risibilis ⁊ ecõtra. ly ecõtra ẽ ꝓpositio cathegorica ⁊ non hȝ has ptes explicite sed hñ iplicite. qꝛ subordinat̃ vni mẽtali hñti oẽs has ptes explicite: vt isti. oẽ risibile ẽ hõ. Silr̃ dicẽdo si sortes currit ẽ. ly est. est ꝓpositio cathegorica ⁊ iplicite hȝ duas ptes ⁊ non explicite. Et si dicas ꝙ ly ẽ. nõ si-gnificat veꝝ nec falsũ: p phũm primo peryermenias caplo de verbo. ponẽtẽ cõueniẽtiã iter nomẽ ⁊ verbũ i hoc ꝙ sicut nomen p se sũptũ sine cõpositione nõ signi ficat veruȝ nec falsum: ita verbũ p se sũptũ sine aliq̃ cõ positione nõ significat veꝝ vel falsũ: tũc vltra nõ signi ficat veꝝ nec falsũ: ergo nõ ẽ ꝓpositio. Rñdetur ꝙ phũs itelligit ꝙ nomẽ ⁊ verbũ sũptũ sine cõpositione tam explicite q̃ȝ iplicite non significat veꝝ neqȝ falsuz. sed si iplicite hȝ cõpositionẽ significat verũ vel falsum vt de illo verbo ẽ: pȝ in argumẽto. Patet etiã d̃ noie. vt si qs interroget qs currit: ⁊ rñdeatur sortes: ly sor. si gnificat veꝝ vel falsũ: qꝛ iplicite ẽ cũ ↄpositiõe cũ sub-ordinetur isti mẽtali: sortes currit. Aduerte secundo circa diffinitũ. vñ sũptũ ẽ hoc nomẽ cathegorica. dicit Boetiꝰ i topica sua ꝙ cathegorica idẽ ẽ qd̃ p̃dicatiua. denoiatur aũt sic a maioris ptis priuilegio. i. a digniori pte eiꝰ. qꝛ p̃dicatũ ẽ digniꝰ subiecto. Sȝ vlteriꝰ q̃res q̃re terminꝰ seq̃ẽs verbũ dicitur p̃dicatũ: ⁊ precedens dicitur subiectũ: ⁊ verbũ dicitur copula. Dicitur ꝙ rõnes coꝝ ondũt. Nã predicatũ ẽ qd̃ de altero dici tur. subiectũ vero d̃ quo alterũ dicitur. i. qd̃ subijcitur alteri. puta predicato. copula dicitur verbũ: qꝛ copulat ⁊ ↄiungit predicatũ cũ subiecto: ⁊ oẽ verbũ facit hoc i virtute eiꝰ. Nã oẽ aliud verbũ a verbo substãtiuo dr̃ adiectiuũ qꝛ est resolubile in suũ pticipiũ ⁊ sum es est.

Aduerte tertio circa diuisionez. qꝛ cõiter dicitur ꝙ illa ẽ diuisio analogi in analogata. põt tñ tenere ꝙ sit diuisio gñis i spẽs. de hoc vide ample i q̃stionibꝰ ↄtra sũmulas. Sed ꝓ omnibꝰ diuisionibꝰ dãdis ⁊ datis aduerte scd̃z Boetiũ ꝙ q̃druplex ẽ diuisio. Est. n. ois diuisio aut gñis in spẽs: aut totiꝰ in ptes: aut vocis in significationes. Et p̃ter has est alia diuisio q̃ scd̃z accidẽs dicitur. ⁊ hec ẽ triplex. aut cũ subiectũ in accidẽs diuidimꝰ: aut cũ accidẽs in subiecta: aut accñs in accñа. Exẽplũ primi cũ gñis in spẽs diuidetur: aĩaliũ aliud rõnale aliud irrõnale. Exẽplũ scd̃i cũ totũ in ptes di-uidit̃: aut cũ totũ continuũ diuidit̃ in ptes integrales: vt domꝰ diuidit̃ i tectũ: fundamẽtũ: parietes. aut cuȝ totũ diuidit̃ in ptes eẽntiales: vt hõ diuidit̃ in corpꝰ ⁊ animã. aut totũ discontinuũ diuidit̃: cũ diuidimꝰ gregẽ aut populũ aut exercitũ. aut cuȝ diuiditur totũ vle: vt homo in sor. ⁊ ciceronẽ. aut cũ diuidit̃ totũ potestatiuũ in suas potẽtias ⁊ virtutes: vt anima diuidit̃ in potentiã intellectiuã sensitiuã ⁊ vegetatiuã. Exẽplũ tertij cũ fit diuisio vocis in significationes: qꝛ vel ẽ vox equoca vt ẽ canis. significat enim animal latrabile: pi-scẽ marinũ ⁊ sidus celeste: ⁊ talis diuisio dicitur equo-cationis. vel est oratio multa significãs: vt Aio te eacida romanos vincere posse. ⁊ hec diuisio dicitur ambiguitatis siue amphibologie. aut secũdũ modũ. hec enĩ vox infinitũ non significat plura: sȝ multis modis. nã significat rem vnaȝ. cuius terminus inueniri potest: ⁊ hec aut secũdũ mensurã. i. magnitudinẽ aut secũdũ speciem. Exemplum quarti cum subiectum diuiditur in accidentia. vt cum dicitur: hominũ alij sũt nigri: alij sunt candidi. alij medio colore colorati. accidẽs diuiditur in subiecta sic. coꝝ que expetunt alia in anima alia in corporibꝰ sita sunt. accidens in accidẽtia diuiditur sic: candidoꝝ alia dura sũt: vt margaritha. alia liqda vt lac. sȝ nota ꝙ diuisio analogi in analogata reducit̃ ad diuisionẽ equoci in equiuocata.

Propositionuʒ alia affirmatiua ⁊c̃. Prima diuisio ꝓpositionis in affirmatiuã ⁊ negatiuã. Aduerte p̃mo ꝙ magister diffinit ꝓpositionẽ affirmatiuã. sic ẽ illa ĩ p̃ncipale verbũ affirmat̃. duas particulas posuit. Prima est ly illa que sic exponit̃. i. ꝓpositio ⁊ stat loco generis. Secũda est p̃ncipale verbũ affirmat̃: que ẽ loco differentie ꝓpter secũdariũ verbũ penes qḋ nõ attẽdit̃ affirmatio vel negatio ꝓpõnis: q̄ si neget̃ nõ pp hoc dicitur ꝓpositio negatiua vt illa est affirmatiua: sor. q nõ currit mouetur: ⁊ tñ secũdariũ vbũ negatur. Silr̃ si affirmatur nõ ꝓpter hoc dicitur ꝓpositio affirmatiua vt illa est negatiua: sor. q mouet̃ nõ currit. ⁊ tñ secũdariũ verbũ affirmat̃: ⁊ hic scđa particula p̃ncipale verbũ affirmatur debet ĩtelligi explicite: q̄ dicẽdo: ois hõ est aial rõnale ⁊ ecõuerso: ly ecõuerso est ꝓpositio affirmatiua: ⁊ tñ illic nõ est p̃ncipale verbũ qḋ affirmet̃ explicite: sʒ iplicite tm̃. q̄ subordinat̃ huic mẽtali. Omne aial rõnale est homo. Consilr̃ ponit duas pticulas in diffinitõe ꝓpositionis negatiue. Prima est ly illa ĩ exponit̃ vt sup̃ id est ꝓpositio loco gñis. Scđa in ĩ p̃ncipale verbũ negatur ponitur loco differẽtie. ⁊ dr̃ ꝓpter secũdarie verbuʒ penes qḋ nõ attendit̃ affirmatio nec negatio ꝓpositionis: vt dictũ est supra: ⁊ hec particula debet intelligi ꝯsimiliter explicite vl' iplicite ꝓpter secũdã partẽ hui⁹ ꝓpositionis: nullũ aial est rõnale: ⁊ ecõuerso: ly econuerso est ꝓpositio negatiua iplicite. Magister etiã in tractatu ꝯ̃ sũmulas addit aliã glosaʒ huic particule in qua p̃ncipale verbũ negatur. s. per negationẽ existentez aliqđ illi⁹: qḋ dicitur ꝓpter p̃iacentem vniuersalis negatiue que est affirmatiua: ⁊ tñ negatur verbũ p̃ncipale: sed nõ ꝓpter negationẽ existentẽ aliqđ illius. Aduerte secũdo circa diuisionẽ que est gñis i spẽs. ꝓpositio eni est gen⁹ ad affirmatiuã ⁊ negatiuam vt voluit Porphirius sic̃ recitat Boeti⁹ i p̃mo phyermenias: lʒ Alexander dixerit ꝙ sit diuisio analogi in analogata. Rõnes eoꝝ vide in q̃õne ꝯ̃ sũmulas si placet. Aduerte tertio ꝙ penes aliud attendit̃ affirmatio vel negatio i cathegoricis: aliud i hypotheticis qm̃ in hypotheticis attendit̃ penes notã ꝯiũgentẽ: ĩ si negatur ẽ negatiua: si aũt nõ: est affirmatiua: q̄ ita se hʒ nota in hypotheticis sicut verbũ p̃ncipale i cathegoricis de inesse. In cathegoricis aũt est quedã diuersitas. Nam quedã sunt de inesse quedã modales. In cathegoricis đ inesse affirmatio ⁊ negatio attenditur penes verbuʒ p̃ncipale. qḋ si neget̃ est negatiua. si nõ: ẽ affirmatiua. In modalib⁹ v̉o dicit phũs secũdo phyermenias ꝙ penes modũ attendit̃ affirmatio ⁊ negatio: q̄ ita se hʒ modus i modalib⁹ sicut vbũ p̃ncipale i cathegoricis de inesse. an aũt sit vlr̃ verũ i modalib⁹ de sensu cõposito ⁊ de sensu diuiso. ⁊ an modalis i ĩ modus affirmatur ⁊ dictũ negat̃ sit negatiua: vel nõ clare declarabimus cũ de modalib⁹ infra declarabit̃. Dubitaret qs quare si ꝓpositio debet eẽ negatiua reqritur aduerbiũ negãdi in ꝓpositione: ⁊ tñ si dʒ eẽ affirmatiua nõ reqritur aduerbiũ affirmandi in ꝓpositione. q̄ illa est affirmatiua: tu es homo: ⁊ nõ tñ ponit̃ aduerbiũ affirmandi i ꝓpositõe: vt ꝑfecto: qppe ⁊c̃. Ad hoc respõdet Paulus pergulẽsis i septio dubio supra cõseqn tias Strodi: di. ꝙ talia aduerbia teste P̃sciano i maiori volumine nõ sũt aduerbia affirmãdi: sed ꝯfirmãdi: q̄ nõ faciũt ꝓpositionẽ affirmatiuã: sed ꝓpositionem quã inueniũt ꝯfirmãt. Vñ si dixero. ꝑfecto nullus hõ est asinus: ly ꝑfecto nõ affirmat: sed ꝯfirmat negatõeʒ quã inuenit. Sed aduerbia negãdi ex officio suo hñt negationẽ: ⁊ ꝓprie sũt aduerbia negãdi. Contra. sic̃ illud aduerbiũ dicitur aduerbiũ negãdi p hoc ꝙ negatur aliqđ. ita aduerbiũ dicit̃ affirmãdi p hoc ꝙ affirmatur aliqđ: sed per talia affirmat̃ aliqđ. ergo. minor ꝓbatur. q̄ si ĩrat̃ putas ne ꝙ homo sit alb⁹: ⁊ rñdeat ita certũ est ꝙ affirmatur illud. Deinde omne ꝯfirmare est affirmare. Iđ dico aliter ꝙ talia sũt aduerbia affirmãdi: nõ tñ habẽt facere ꝓpositionẽ affirmatiuã: sic̃ aduerbiũ negandi facit ꝓpositionẽ negatiuã: q̄ ꝓpter hoc ex natura verbi substãtiui est ꝓpositionẽ affirmatiuã facere: cũ ex natura ei⁹ sit vnire ⁊ cõponere extrema. nõ aũt de natura verbi est diuidere vnũ extremũ ab altero: ideo reqritur aliqđ per qḋ fiat hoc: ⁊ illud ẽ negatio. Scđa diuisio ꝓpositiõis in verã ⁊ falsam.

Aduerte ꝓ itellectu diuisiõis ꝙ triplex ẽ significatũ ꝓpositionis. s. p̃ncipale: assertiuũ ⁊ rep̃sentatiuũ. Principale est illud qḋ resultat ex p̃maria significatõe oiũ suoꝝ terminoꝝ: vt hec ꝓpositio: homo est aial. p̃ncipaliter significat hoieʒ eẽ aial. Assertiuũ ẽ qḋcunqʒ significatũ p̃ncipale alicui⁹ ꝓpositõis sequentis ad eã: ⁊ sic illa ꝓpositio: homo est aial: significat assertiue aliquid esse. naʒ formaliter sequitur: homo est aial. ergo aliqđ est. Rep̃sentatiuũ v̉o dicitur quodcũqʒ significatũ ꝙ significãdo apprehẽditur p ipsam: ⁊ sic significatũ rep̃sentatiuũ illi⁹ ꝓpõnis. hõ est aial. est hoieʒ eẽ asinũ: ex quo seqtur ꝙ oẽ significatũ p̃ncipalr̃ est assertiuũ ⁊ nõ ecõuerso: ⁊ oẽ assertiuũ est rep̃sentatiuũ ⁊ nõ ecõuerso. Ad ꝓpositũ ergo penes veritatẽ vel falsitatẽ p̃ncipalis significati dicitur ꝓpositio vera vel falsa. nõ auteʒ penes veritatẽ vel falsitatẽ alterius significati. Aduerte ꝙ ista tria noia significatũ p̃ncipale: significatuʒ p̃mariũ: ⁊ significatũ adequatũ. sũt noia synonima sic̃ tunica: vestis ⁊ indumẽtũ: ex̃ mãm isolubiliũ: qḋ notãter dico: q̄ i mã insolubiliũ adequatũ significatũ ⁊ p̃ncipale nõ sunt idẽ: s̃m magistrũ i vltimo notabili insolubiliũ: adequatũ eni significatũ: vt hui⁹ sor. di. falsũ. ẽ sor. dicere falsũ. Adequatũ eni significatũ i illis ẽ significatũ cathegoricũ qḋ est simile oratõi ifinite vel ꝯiunctiue. Principale v̉o significatũ est ypotheticũ: vt sor. dicere falsuʒ ⁊ istã eẽ verã: ⁊ in isolubilib⁹ possibilitas attendit̃ penes adequatũ significatũ: falsitas v̉o penes p̃ncipale. Qḋ aũt illa tria idẽ sint extra mãm insolubiliũ ꝓbatur: q̄ oẽ significatũ p̃mariũ vel adequatuʒ est illud qḋ est simile oroni infinitiue vel ꝯiunctiue: vt pʒ per magistrũ in textu: sed oẽ p̃ncipale ẽ huiusmodi: vt patet ex p̃mo notato. quare ⁊c̃. Aduerte tertio ꝙ isti termini verũ vel falsum possunt accipi dupl̃r. Primo transcendẽter: ⁊ sic sunt termini p̃me itentionis vel impositionis: ⁊ sic ꝯceditur sophistice: q̄ illa ꝓpositio: hõ est asinus est vera: q̄ ẽ entia q̄ est tres res siue tres termini. Secũdo ꝓ ꝓpositõe vera vel falsa. ⁊ sic sunt termini secũde intentõis vel ipositõis. Tertio aduerbialr̃ verũ pro vere: vel ita esse falsuʒ pro false vel nõ ita eẽ.

ra debebat ponere idirecte concludentes vt in Festino
dr̃. Dr̃ ꝙ bene ponit i ꝑmo prioꝝ:vbi dicit ꝙ minori
existēti vniuersali negatiua.maiori vero affirmatiua vl'
vniuersali vel pticulari in quacūqꝫ figura indirecte seq

tur conclusio. Ex hoc pz q Boetius non recte sentit i sillogismis cathegoricis cum philosoph⁹ soluz quattuor modos i prima figura posuerit. Theophrastus autē ⁊ Eridemus addiderunt qnqz prime figure quos confirmauit Porphi. vir magne auctoritatis qm̄ phūs posuit Fapesmo ⁊ Frisesmorz vt declaratum ē. Ad Fz pncipale rn̄det magr̄. Ad pmū distīguendo de ista maiori: Ois homo vel asinus est asinus si illud totū disiunctum est subm illa est falsa. si vero solum pma ps ista ē vera: sz post in miori plus predicat̄ q̄z subijciat̄ i maiori. Et dr̄ vlterius q subm distributionis est ly hō: ppositionis vero hō vel asinus: ⁊ subm distributionis dz p̄dicari: nō aūt ppōnis. Ad scōm dr̄ q predictus sillogismus nō ē i Celarent: q2 conclusio est insolubilis ypothetice significans: qualis nō est in aliq̄ premissarum.

Ad tertium dr̄ q non valet. iste sillogismus: q2 plus predicat̄ in miori q̄z subijciat̄ in maiori. Unde qn̄ obliquus precedit rectum solus obliquus est subm. Quando vero rectus precedit obliquum rectus ⁊ obliquus ē subm. Et si dr̄ adhuc stat argumentū sic dicendo. Cuiuslibz homīs asinus currit. brunellus est asinus hominis: ergo brunellus currit. Dr̄ q sillogismus non ē bonus: q2 in obliqs casibus opz subm maioris predicari i minori i recto sic dicendo: brunellus est hō: ⁊ hoc negatur: ppterea bn̄ seqr̄. cuiuslibz hominis asinus currit. sor. ē homo: ergo sortis asinus currit. Ad q̄rtū dr̄ q si totū conditionatū fuerit subm maior ē falsa: ⁊ tn̄ non dz pbari exponibilr̄ cum sit negatiua: sz per singulares quaz multe sunt false. ⁊ hoc aīal si ē rudibile non est homo demōstrādo hoiez: ⁊ sic de alijs. Et dato adhuc q exponi habeat. Scōa exponēs est falsa. s. nihil ē animal si ē rudibile qn illud nō sit homo. imo qcqd ē aīal si est rudibile. nō est homo. vtputa hō: ⁊ Fa exponēs non dz eē ista . ⁊ nihil ē aīal qn illō si ē rudibile nō sit hō. Si aūt totū conditionatū nō sit subm cōcedit̄ maior: sz negatur ɔn̄a: q2 plus predicatur i minori q̄z subijciatur in maiori. Ad primū Fe figure dr̄ q tal' sillogismus nō est in mō: q2 dz fieri ex negatiuis de consueto mō loq̄ndi. q̄liter non fit iste: sz bn̄ valet dicendo. Ois deus nulla suba est. ois prima cā est substantia: ergo ois pma cā nō deus est: sz maior est falsa. Ad Fm dr̄ q nō valet. Unde vtraqz extremitate existente in obliquo nihil seqtur i Fa figura: aut altera tm̄: medio termio existēte i obliquo i vtraqz bn̄ seqtur: in alt̄a aūt non. discurre p exēpla per te. Ad primū tertie figure dr̄ q nō est in Darapti: q2 sicut premisse fuerunt ex recto ⁊ obliquo ita cōclusio dz fieri: igitur dz sic concludi: ergo asinus gescēs est alicuius cuius asinus currit. Unde ly asinus non est ps subiecti in premissis sz pars predicati: iō dz poni i cōclusione. Ad aliud consimilr̄ dr̄ q non valet iste sillogismus: sz dz concludi: ergo homo est i aliquo instanti i quo est asinus: q2 conclusio dz eē similis premissis: ⁊ iō sicut premisse sunt ex recto ⁊ obliquo: ita conclusio dz esse mixta ex recto ⁊ obliquo. Ad scōm dr̄ q si totum disiūctum est subm maior est falsa. si aūt ps est subz nō arguitur i secundo tertie: q2 in tali oportet q totū subiectum ppōnis distribuat̄. q̄liter nō ē in pposito: q̄re ⁊c̄.

Et sic est finis questionum sūmularum. quarum numerus est q̄dragiinta nouem.

Utrū diffinitio suppositōis sit bn̄ data.



Ontra primo arguit̄ q nō bn̄ dr̄ q suppositio sit acceptio. Primo q2 suppositio conuēit termino solum actiue. Dicim⁹. n. q terminus supponit. acceptio āt cōuenit ei soluz passiue. dicimus. n. q terminus accipitur ⁊ non q terminus accipiat. igit̄ suppositio termi nō dz dici acceptio termini. Cōfirmatur q2 ipossibile ē actionem eē passionē inquātum talē: ergo nō bn̄ conceditur suppōnē eē acceptionē termini. tz ɔn̄a. q2 suppositio est actio ⁊ acceptio passio. Secūdo sic. supponere nō est accipi: ergo suppositio nō est acceptio . tz cōsequētia p locū a cōiugatis. an̄s pz. quia dicendo hō est bissyllabū. Uolo q iste terminus hō solum accipiat̄ p voce. hic ē pōe: tūc certū ē q q̄zuis hic terminus hō solū accipiat̄ p voce. tn̄ adhuc supponit psonaliter pura p suppositis: q̄re ⁊c̄. Tertio sic: terminus supponit p ipsā acceptionē itellectus effectiue. Eo enim q itellectus accipit terminū sic vel sic alia ⁊ aliā suppō deriuat̄. ⁊ tamē t'minus nō supponit p suppōne effectiue: sz solū formalr̄: q2 ois actus reduplicatus i rōne cause supra suū verbum tz locū cause formal' sicut cū dr̄: Iste iterfect⁹ ē inf̄ectione. interfectio est cā formal'. Similr̄ cum dr̄: Iste diligit dilectione. Silr̄ iste speculat̄ speculatiōe. Sic quādo dr̄. supponit suppōne seu p suppositionē: suppositio ē in supponēdo cā formal': ergo suppō: nō est acceptio termini. Quarto sic: acceptio dicit respectū ad accipientem: q2 ē actus intellectus accipientis. ⁊ ɔn̄ter nō pōt eē suppositio nisi sit actus intellectus. Suppositio vō dicit respectū ad rē ⁊ nō ad accipientem. Unde sine actu intellectus adhuc supponit terminus: vt i ista ppōne scripta: hō est aīal: ergo suppositio nō ē acceptio. Quito sic. diffinitio cōpetit alicui cui nō competit diffinitū: ergo diffinitio mala: consequētia tz: an̄s pbatur: q2 ita accipit̄ appositum in ppositōe. p aliquo vel aliqbus sicut suppositū ⁊ tamē appositū nō supponit vt pz p ethimologiā vocabuli: q2 appositū dr̄ ab apponēdo sicut suppositū a supponēdo vt pz scōm grāmaticos. Sexto sic: seqtur q t'minus sincathegorematicus i ppōne positus ⁊ sincathegorematice tētus supponit vt dicēdo oīs hō currit: quod ē falsū. falsitas cōsequētis pz. q2 nō pōt eē suppositū vel appositum sincathegorematice tentū: ɔsequētia pbat̄ q2 ē acceptio termi i ppōne p aliquo. i. p distributiōe. Septimo arguit̄ de copula que nō supponit: ⁊ tamen accipitur in ppōne p aliquo: q̄re ⁊c̄. Octauo sic: t'minus aliquādo supponit p illo quod nō significat. ⁊ nūq̄z potest accipi p illo quod nō significat: ergo diffinitio mala: cōsequētia tz cū minori: maior pbatur: q2 dicēdo album currit subz suppōit p suba q̄ ē alba: ⁊ tn̄ nō significat subam: q2 solam qualitatez significat vt dicit phūs in predicamento sube: ergo ⁊c̄.

In hac materia sūt diuerse opiones. qdā. n. volunt q suppō sit significatio termini in ppōne p aliquo vel aliqbus vt vult magr̄ i logica magna. Quidam vero dicūt q suppositio ē statio termini i ppōne p aliquo: vt vult Petrus mantuanus. Alij vō

136 En f 6: vide. definit quid sit odor.

ꝯcordāt cū magr̄o hic di. ꝙ suppō ē acceptio t̄mi ī ꝓpone vt Petrꝰ hispanꝰ ⁊ Albertus de saxonia. Alij mo derniores dn̄t: ꝙ suppō ē ꝓpetas subi ī comparatōe ad p̄dicatū: vt sanctꝰ Vicentius ordinis p̄dicatoꝝ: de q̄bus opionibꝰ magis ample dcm̄ ē in supponibꝰ. Sȝ ꝓ dīscn sione magr̄i sūt duo modi r̄ndendi. Unꝰ modus dic: ꝙ suppō formalr̄ ⁊ idētice ē acceptio t̄mi. Aliꝰ modus dicit: ꝙ suppō formalr̄ nō ē acceptio t̄mi: sȝ ē ex ipa acceptōe t̄mi. cāliter ergo ⁊ n̄ idētice verꝫ ē ꝙ suppō sit acceptio. Tenētes āt p̄mū modū r̄ndendi ī r̄ndendo ad argumēta ī oppositū. ⁊ maxime ad tria p̄ma argum̄ta q̄ ad idē tēdūt biptiti sūt. Quidā. n. dicūt negādo ꝙ suppositio sit actio. imo est passio. Et cū tu ꝓbas ī p̄mo argumēto: q2 dicimꝰ ꝙ t̄minus supponit ⁊ nō supponit̄: ergo cōpetit sibi actiue: negat̄ ꝯn̄a: q2 lȝ supponere modalr̄ ⁊ vocaliter significat actionē cū sit actiuū: tn̄ realiter iportat passionē quod declarat̄ a simili: q2 recipe qd̄ ptinet ad potentiā aīc p spēs apphendētes realiter iportat passionē: lȝ s̄ȝ modū significādi significet actionē: ⁊ iō nō ē iconueniēs ꝙ suppō dicat̄ acceptio ⁊ suppōere sit accipi sicut recipe ē iformari. Dicimꝰ. n. qn̄ potētia spēm recipit ab obiecto ꝙ ipa potentia spē iformat̄. Similr̄ pōt dici qn̄ t̄minus supponit ꝙ accipit̄ ab itellectu ita ꝙ ipm̄ supponē sit accipi vt dcm̄ ē. Cōtra hāc rōnē arguit̄ sic. Hoc v̄bū suppono cū sit cōpositū a sub et pono necesse ē ꝙ retieat significationem sui simplicis: ⁊ maxime cū cōponētia remaneāt ī eo itegra ⁊ pfecta. Mō hoc v̄bū pono nō iportat realiter passionē sȝ magis verā actionē p modū simplicē iportabit ⁊ p cōseq̄ns supponē nō ē accipi nec suppō pot̄it dici acceptio ⁊c̄.

Scd̄o sic. qn̄cūqȝ aliq̄ duo realiter eūdē actū iportāt illud quod termiat actū realē vniꝰ pōt terminare actum alťius: hec ē nota: sȝ actꝰ iportatus p hoc qd̄ ē supponē ⁊ actꝰ iportatus p hoc qd̄ ē accipi nō terminat̄ ad idē: q2 dicimꝰ ꝙ t̄minus supponit suū significatū. nō aūt dicimꝰ ꝙ accipiat̄ a suo significato: ergo ⁊c̄. Alij v̄o ꝓpter hec argumēta dicūt alr̄ ad p̄ncipale. Un̄ dicūt ꝙ itellectꝰ suppōit t̄minū ī ꝓpōne vt t̄minꝰ ē. ita ꝙ nō supponat alit̄: ita ꝙ ē duplex suppō. vna ē intellectus qua terminꝰ supponit̄ ⁊ itellectus supponit: ⁊ hoc ē acceptio termi. nā t̄minū supponi nō ē nisi ipm̄ accipi ī ꝓpōe ab eodē ꝓ aliquo. ⁊ de hac suppōne intelligit̄ illa diffinitio suppōnis qn̄ dr̄: Suppō ē acceptio t̄mi ⁊c̄. Alia vero suppō ē ipsiꝰ t̄mini ī ꝓpōne iā suppositi ⁊ accepti ab itellectu q̄ qdēȝ terminꝰ supponit ⁊ nō supponit̄. ⁊ hec suppō nō ē acceptio t̄mi sȝ p̄ncipalr̄ cātur ab ipo: ⁊ predcā descriptio nō dat̄ de ista suppōne. Contra hāc rōnē arguit̄ ꝙ hic loq̄mur de suppōne q̄ ē ꝓpetas termini ī ꝓpōne. suppō v̄o q̄ itellectus supponit ⁊ terminꝰ suppōit̄ nō ē ꝓprietas termi sȝ potiꝰ itellectus. ergo ⁊c̄.

Scd̄o q2 spēs suppōnis hic itente nō diuersificāt̄ s̄ȝ suppōnē q̄ itellectus supponit ⁊ terminꝰ suppōit̄ sȝ magis s̄m illā q̄ terminus supponit: dr̄. n. suppō mālr̄ vl̄ ꝑsonalis qn̄ terminꝰ supponit sic vel sic vt oēs concedūt: ergo ⁊c̄. Tertio q2 p eūdē modū appellatio cōpetit p̄dicato. ⁊ suppositio ipsi subiecto: sȝ sicut nō bn̄ diceret̄: ꝙ predicatū appellatur sȝ magis predicatū appellat. loquendo de appellatione que est ꝓprietas predicati: ita non ē verꝫ ꝙ subm̄ supponatur sȝ magis ꝙ subȝ supponit. loquendo de suppōne que nūc diffinitur: q̄re p̄mꝰ modus respondēdi reputat̄ ībecillis scd̄m ambas rōes. quare ⁊c. Tenētes s̄m modū respōdendi ēt biptiti sūt. Quidā. n. dicūt ꝙ diffinitio sic hȝ itelligi. suppositio ē acceptio termi. i. significatio q̄dā ex acceptōe termi ī ꝓpōne ꝓ aliquo vel ꝓ aliq̄bꝰ. sicut phūs diffinit odorem ī de sensu ⁊ sensato dicēs: odor ē fumalr̄ euaporatio: ⁊ intelligit̄ cāliter sic. i. odor est q̄litas cāta ex fumali euaporatione. Cōtra hāc respōsionē arguit Petrꝰ hyspanus sic. Supponere non est significare. ergo suppositio non ē significatio: tȝ consequētia per locū a coniugatis ān̄s ꝓbatur: q2 significare est ipsiꝰ vocis: supponere v̄o compositi ex voce ⁊ significatione. q̄re ⁊c̄. Secūdo significatio pōt ē ipa suppōe. ergo ⁊c̄. ān̄s ꝓbat̄: q2 significatio ē p ipōnem vocis ad rē significandā. suppō vero ē p acceptionē vocis iā significātis ꝓ aliquo ⁊c̄. Ex rōne seq̄nti fortius potes arguere ꝙ suppō nō sit significatio. q̄re considera illā. Alij dicūt ꝙ diffinitio illa nō pōt dici diffinitio suppōnis idētice ⁊ ēntialr̄ loquendo sicut ostēdūt argumēta: sȝ bn̄ cāliter: sicut loq̄tur Aris. secūdo de aīa de voce dicēs: Vox ē repcussio respirati aeris. i. sonus cātus a percussione aeris: ita suppō ē acceptio termi. i. ꝓprietas quedā termi cāta ab acceptiōe ipsius ⁊ in ꝓpōe ꝓ aliquo vel ꝓ aliq̄bus ⁊c̄. Pro quo aduerte ꝙ hec tria: significatio: subiectio: ⁊ suppō p ordinē cōpetūt voci seu termino s̄m ꝙ accipit̄ ab intellectu. p̄mo. n. vox accipit̄ ab intellectu ad determiate significādū. ⁊ sic competit sibi significatio. Deide vox significās accipitur in ꝓpōne vt vnū extremū: ⁊ sic cōpetit sibi subiectio. Ultimo vero vox iā subiecta accipit̄ ꝓ aliquo respectu p̄dicati. ⁊ ita competit sibi suppō. Et lȝ ista cōpetāt ipsi voci per ordinē: tamē multū differenter se hēnt s̄ȝ acceptionem itellectus. q2 significatio non est ipa acceptio q̄ realr̄ passionē iportat: nec significare est accipi. q2 significatio cōpetit voci seu t̄mino solum actiue. Dr̄. n. vox significare ⁊ nō significari. lȝ tn̄ vox dicatur accipi q̄ accipit̄ ad significādū recte dr̄ significās seu significatiua: ⁊ n̄ significata. subio v̄o ē realr̄ q̄dā acceptō q̄ fit ab itellectu: nō. n. ē aliō t̄minū subijci nisi ipȝ ab intellectu accipi ī ꝓpōe respectu p̄dicati. ⁊ cū subio cōpetat voci seu t̄mio solū passiue sicēt acceptio. Dr̄. n. terminus subijci ⁊ nō subijcē. Un̄ terminus sic acceptꝰ vocat̄ subm̄ ⁊ nō subijciēs. Suppō v̄o nō ē acceptio: sed ab ipa cātur. iō suppō subo cōpetit solū actiue. dr̄. n. ꝙ subȝ supponit. vn̄ q̄uis terminus q̄ accipit̄ ad supponēdū dicat̄ ꝙ accipit̄ ad supponēdū: tn̄ supponēs: ⁊ nō suppositū appellat̄. Et qd̄ dcm̄ ē de significatōe: subiectōe ⁊ suppōne: idē dȝ itelligi de significatōe p̄dicatiōe ⁊ appellatiōe. Hāc opīonē diffuse recitaui. q2 pulchra ē ⁊ ē sci Vicētij ī suppōibꝰ suis. ego āt credo ꝙ n̄ sit d̄ m̄te magr̄i nec alioꝝ. dic̄. n. ꝙ suppō n̄ ē acceptio ēntialr̄ ⁊ idētice. sȝ ꝙ suppō sit acceptō cālr̄ ⁊ n̄ idētice. imo credo ꝙ idētice. Et ꝓbo sic ꝙ suppō vt sonat vocabulū nō ē nisi positio alicuiꝰ sub alio. ergo suppō formalr̄ ⁊ idētice ē acceptio. Un̄ tria req̄rūtur ad positionē alicuius sub alio. s. illud quod ponit̄ illud a quo ponit̄: ⁊ illō sub quo ponitur. Terminus est q̄ ponit̄: intellectus ē a quo pōit̄. significatū ē sub q° pōit̄: put ly sub accipit̄ ꝓ ly ꝓ. vn̄ sēsus ē. t̄minꝰ pōit̄ sub significato. i. ꝓ significato. ꝙ

Requirunt

āt ly. sub accipiať .p ly .p pz p terentiū i eunucho dicētē puez supponi falli p ꝑuū senē.i. puez .p alio poni. ⁊ etiā illa tria requirunť ad acceptionē. Ex hoc seqtur q̄ suppō est passio ťmini ⁊ nō actio cū acceptio sit passio. Et si dicis 3. q̄ dicim⁹ q̄ ťmin⁹ supponit ⁊ nō supponiť. ergo suppō cōpetit ťmino active ⁊ nō passive. Ad hoc dicerē qcqd alij dicāt q̄ .ppꝛie loquēdo debemus dicere. ťmin⁹ supponiť ab itellectu.i. poniť .p alio ab itellectu. puta .p significato. itellect⁹ aūt supponit ťminū.i. ponit ťminū .p alio: q̄ .p significato. nō aūt debem⁹ .ppꝛie dicere q̄ ťmin⁹ supponit: q̄ nec supponit se nec significatū. q̄ nō se: q̄ idē ťminus respcū suiipsius supponeret ⁊ supponereť. nec etiā significatū. q̄ nō ponit significatuz .p alio. imo ťmin⁹ poniť .p significato. Impꝛopꝛie autē dr̄ q̄ ťmin⁹ supponit in significatione activa .p passiva cū sit cōis modus loquēdi: ⁊ loquēdū est vt pl̄es: vt dicit phūs scđo topi. nec dubito si qs .pfunde cōsiderabit qn huic opinioni adhereat. Defendētes tū pmā rōnē dicūt q̄ vbū significare actionē pōt esse dupl'r. aut ꝑm rē: aut ꝑm modū significādi. oē vbū activū ꝑm modū significādi actionē significat. ꝑm rē aūt nō. q̄ aliqđ iportat passionē poti⁹ q̄ actionē vt recipio: ita dicunt de hoc vbo suppono: qđ ꝑm rē iportat passionē. l3 ꝑm modū signifīcādi actionē. Et ad replicas in oppositū dicunt. Ad pmā dicūt negādo pmo q̄ oē cōpositū teneat significationē cōponentiū: imo multotiēs non retinet significationē neq̄ modū significādi: cū pncipale cōponēs signi ficet vnū ⁊ cōpositū aliud. vnū est activū ⁊ aliud nō: vt ago significat agere ⁊ facere ⁊ est activū. dego cōpositū significat vivere: ambigo dubitare: ⁊ ambo neutra sunt absoluta. Dicūt scđo q̄ adhuc hoc ɔcesso negando q̄ cōponētia in hoc vbo suppono remaneāt integra in eo. q̄ cōponiť ex sub ⁊ pono: ⁊ ly. sub .nō remanet integrū: q̄ mutať b in p. qm̄ dr̄ suppono ⁊ nō subpono. Ad ttiū dicūt q̄ idē ťminat actū hui⁹ verbi supponit ⁊ actū huius vbi accipiť. Unde significatū ťmini ťminat actū huius verbi supponit: nō qdē recte. q̄ nō recte dr̄: ťminus supponit significatū: sed oblique: vt dicať: ťmin⁹ supponit .p significato. ⁊ ita etiā terminat actū hui⁹ vbi accipiť. q̄ dr̄ termin⁹ accipiť .p significato. Defendētes aūt scđā rōnē facili⁹ solvūt replicas. Ad pmā ɔcedūt q̄ loqmur hic de suppōne q̄ est .ppꝛietas ťmini in .ppōne: ⁊ negať q̄ suppositio qua terminus supponiť nō sit .ppꝛietas termini. Ad scđā negať q̄ spēs suppōnis nō diversificētur ꝑm suppositionē q̄ terminus supponitur. Ad tertiū negať similitudo. q̄ suppō est .ppꝛietas tā subi q̄ pdicati. Appellatio aūt solius pdicati. ⁊ ɔcessa similitudine cōcedūt q̄ pōt dici: pdicatū appellať. Ad qrtum pncipale negatur q̄ suppō non dicat respectū aliquē ad accipientē. Et ad .pbatiōnē cū dicitur terminus adhuc supponit sine actu itellectus: vt in .ppōne scripta: diciť q̄ l3 actus itellectus non ideo currat tūc sufficit tamē q̄ cōcurrebat: q̄ fuit acceptus in tali .ppōne ab intellectu. Vel dr̄ q̄ terminū supponere pōt dici dupl'r. s. actu vel aptitudine sicut ⁊ significare. Pꝛimo modo dico q̄ nō supponit sine ɔsideratiōe itellectus. Secūdo modo sic. Volētes tū q̄ suppositio nō sit acceptio formal'r ⁊ identice dicūt argumentū cōcludere ver. Ad qntū tenentes q̄ suppositio sit actio ⁊ ɔūter q̄ non sit acceptio formalit ⁊ idētice dicūt negādo q̄ appositū nō supponat.

Et cum dicitur suppositum dicitur a supponendo ⁊ nō appositū. dicūt q̄ suppositū a supponi alteri passive: vt q̄ positū sub alio. vt sub apposito. ⁊ per suppōnez non h3 qđ dicať suppositū: s3 magis supponēs. Unū idē ťminus q a logico dr̄ sub3. q̄ subijciť alteri vt pdicato diciť suppositū a grāmatico: q̄ positū ē sub altero vt sub apposito. qđ appositū dr̄: q̄ adiūctū vbo: terminus aūt dr̄ supponens active. q̄ sub alio ponit significatū. ⁊ sic pōt etiā pdicato cōpetere. l3 qdā moderni negēt hoc dicētes q̄ .ppꝛietas pdicati est appellare sicut subi supponere. Tenēdo aūt q̄ suppō sit acceptio idētice dicēdū est q̄ suppō cōpetit vtriq̄. s. supposito ⁊ apposito. ⁊ nō dr̄ suppositū a supponi alteri extremo .ppōnis. s. ipsi apposito. ťmin⁹ aūt supponēs dr̄ vel meli⁹ supponibilis. a supponi significato. i. apponi .p significato. s3 cum tā appositū q̄ suppositū poni possit .p significato vtrūq̄ supponit vel supponiť. Ad sextū dr̄ q̄ sincathegorema sincathegorematice tētū nō accipiť .p aliquo significato in .ppōne: iō nō supponit. q̄ nō .p aliquo significato .pbať. Isiō .p mālī: q̄ tūc formal'r sumiť. nō .p formali: q̄ tūc illud nō h3 cū nō sit ťmin⁹ p se significatiu⁹. Ad septimū de copula dr̄ q̄ opoꝛtet subitelligere vnā pticulā in diffōne. s. ťmini extremal'r se hntis. Isto mō suppō ē acceptio ťmini extremal'r se hntis i .ppōne .p aliquo vel .p aliqb⁹. Ad vltimum nego maioꝛē. s. q̄ ťmin⁹ aliqn̄ supponat .p illo qđ nō significat. Ad .pbationē dr̄ q̄ ly. albū significat duo ex intentōe phi ttio topicoꝝ dicētis q̄ albū nō est i gn̄e pp suū dupl'r signifi care. significat. n. sub3 albedinis ⁊ ipsā albedinē. Dico ergo q̄ supponit .p subo qđ significat. Et cuz tu .pbas q̄ solā q̄litatē significat p phm i pdicamētis. dico q̄ itelligiť de pncipali significato: q̄ pncipal'r significat albedinē. cui⁹ rō est: q̄ albū distincte significat q̄litatē. q̄ ita albedinē significat q̄ nō aliā q̄litatē. sed idistīcte significat sub3. q̄ nō magis hoiē q̄ equū. q̄ aūt albū significet illa duo .ppter aliquos negātes. .pbať q̄ illud significat qđ itellectui repńtat: s3 albū repńtat sub3 albedinis ⁊ nō solā albedinē. ergo significat sub3. Itē illud significat .p quo supponit .p subo: s3 albū supponit dicēdo albū currit. ergo illō significat. ɔn̄a nota cū minoꝛi. maioꝛ p3 ꝑ3 oēs. q̄ significare i plus se h3 q̄ supponere.

Utrū divisio sit sufficiēs ipī suppōnis i mālē ⁊ psonalē.



Ontra arguiť q̄ vltra illas duas spēs ē dare suppōnē simplicē: ⁊ arguiť sic. Tripl'r ē significatū ťmini. s. mālē psonale ⁊ simpl'r: g° tripl'r ē suppō. s. mālis psonalis ⁊ simpl'r. l3 ɔn̄a. q̄ cū suppō sit acceptio ťmi .p suo significato q̄tuplex: g° erit sigtū totuplex d3 esse suppō. aūs .pbať. ⁊ capio istū ťminū hō: ⁊ sic arguā de isto: ita de quocūq̄ ťmino cōi alio intelligať. mō hic ťmin⁹ hō seips significat mālr: ⁊ soꝛtē ⁊ platonē psonal'r ⁊ vl'r hoc significat hoiē i cōi simpl'r qđ ē vnū cōe oib⁹ hoib⁹. .pbať q̄ vl'e ē vnū i mltis ⁊ de mltis. pmo poste. g° cū iste ťmin⁹ hō supponeret .p hoie in cōi supponeret simpl'r. q̄ .p nā simplici nō idividuata. Secūo ad idē sic. q̄ dicēdo coꝛp⁹ mobile est sub3 i phia nālī: q̄ro quō supōit ly. coꝛp⁹ mo°: aut psonal'r aut mal'r aut simpl'r. nō potes dicē pmo psonal'r: q̄ cū stet determinate liceret

descendere disiūctiue ad sua supposita sic. ⁊ illa sunt oīa
corpora mobilia. ergo hoc corp⁹ mobile est subȝ i phia
nāli. vel hoc corp⁹ mobile est subȝ. ⁊c̄. mō pȝ q̄ descē-
sus est falsus. Itē si supponeret psonalr̄ tūc ista ꝓpō:
corpus mobile est subȝ in phia nāli. equaleret isti: aliqđ
corp⁹ mobile est subȝ in phia. q̄ est falsa. ergo ⁊c̄. Nō po
tes etiā dicere scōȝ. s. mālr̄: q2 tūc supponeret ꝓ ipomet
t̄mino vel ꝓ ipsa voce. qđ est falsū: ⁊ ꝓbat̄ falsitas sic.
q2 scia nālis considerat passiones sui subi cātas ab ipso
subo vel a p̄ncipiis ei⁹. sȝ passiones cōsiderate in phia
nāli sunt mot⁹ augmētatio: diminutio: gn̄atio. ⁊ corru-
ptio: ⁊ alteratio: q̄ nō sunt cāte ab isto t̄mino ens mobi-
le. sȝ a re i cōi significata p ipȝ. ergo talis t̄min⁹ non est
subȝ ꝓ seipso t̄mino: sȝ ꝓ significato. Itē q̄libet scia p̄n
cipalr̄ cōsiderat subȝ suū siue illud ꝓ quo stat subȝ suū.
sȝ scia nālis nō cōsiderat p̄ncipalr̄ istos t̄minos ens mo
bile. ergo nō supponit mālitcr. Relinqtur ergo q̄ sup-
ponit simplr̄ ꝓ re significata in cōi ⁊ in vli. Et sic est tri
plex suppō. Tertio arguit̄ q̄ est dare suppōnē nālez
vltra alias tres. Et arguit̄ sic: cū suppō sit ꝓprietas t̄mi
ni cāta ab acceptiōe ei⁹ in ꝓpōne ꝓ aliquo vel ꝓ aliq-
bus: quot modis diuersis t̄min⁹ pōt accipi i ꝓpōne: tot
modis diuisio suppōnis variat̄: sȝ nā vel eēntia signifi-
cata p t̄minū cōeȝ pōt duplr̄ accipi seu ꝯsiderari ꝑȝ san
ctū doctorē in de ente ⁊ essentia ⁊ ꝑm veritatē. vno mō
ꝑm rōnē ꝓpriā. alio mō ꝑm eē qđ hȝ in hoc vel in illo.
ergo ꝑm veritatē suppō stati dȝ diuidi in suppōnē nālē
⁊ accn̄talē. ita q̄ suppō nālis dr̄ qn̄ t̄min⁹ accipit̄ respe
ctu p̄dicati sibi cōuenientis eēntialr̄. vt hō est aial. Accn̄-
talis vero ē cū t̄min⁹ cōis accipit̄ respcū p̄dicati sibi cō-
uenientis accn̄talr̄. ⁊ hec est duplex sicut duplex p̄dicatuȝ
accn̄tale pōt cōpetere. Nā ꝑm eē qđ hȝ in singularibus
cōpetit p̄dicatū accn̄tale reale: vt hō currit. Et tūc sup-
ponit psonalr̄. ꝑm vero eē qđ hȝ in itellectu cōpetit sibi
p̄dicatū accn̄tale itentiōale: vt hō est spēs. ⁊ sic supponit
simplr̄. Et vltra hoc t̄min⁹ pōt accipi ꝓ seipso t̄mino:
vt dicēdo hō est nomē bissyllabū: ⁊ sic stat mālr̄. ergo cū
ly hō possit q̄drupl̄r accipi. Vno mō ꝑm se ⁊ absolute.
Alio mō vt est in singularib⁹. Alio mō vt ē in itellectu.
Alio mō ꝓ seipso t̄mino. ergo tot suppōnes erūt. s. nā-
lis: psonalis: simplex ⁊ mālis. Quarto sic. nisi daren
tur alie suppōnes vltra illas duas falsificarentur multe
ꝓpōnes phi. ergo ⁊c̄. ꝓbatur assumptū: q2 alr̄ illa ꝓpō
nō pōt esse vera. hō est p̄mo risibilis vel hō est risibilis
ꝑȝ qđ ipm. qđ est ꝯ phm̄ in p̄mo posterioꝝ. ꝓbat̄. q2 ly
hō vel supponit ꝓ seipso t̄mino mālr̄: ⁊ sic est falsa. q2
hoc p̄dicatū risibile nō cōpetit illi t̄mino ꝓ seipso: q2 tūc
seq̄ret̄ q̄ ille t̄minus hēret in seipso p̄ncipia risibilitatis:
qđ est falsuȝ. Vel supponit psonalr̄ ꝓ sorte ⁊ platone. ⁊
sic etiā est falsa. q2 sortes nō est p̄mo risibilis. ergo est op⁹
q̄ supponat ꝓ hoīe in cōi cui ꝑm q̄ ipsum cōpetit ē risi
bile. ⁊ sic supponeret nālr̄ vel simplr̄. Nō curo ꝓ nunc
ponere dr̄iaȝ iter ista. Hoc etiā pȝ p Porphyriū dicētē
q̄ accn̄s ꝓpriū p̄mo mō cōpetit spēi: ex ꝯnti aūt idiuidu
is p spēȝ. mō risibilitas cōpetit sor. ⁊ platoni p istū t̄mi-
nū hō. ergo ⁊c̄. Cōfirmat̄: q2 dicēdo hō ē aial rōna-
le. q̄rit̄ quō supponit ly hō. nō psonalr̄: q2 diffō nō pos-
set ꝯuerti cū diffinito. deide ēt diffō eēt p̄mo singlariū.
ꝯ phm̄. septimo meta. Nec mālr̄: q2 si diffiniret̄ t̄min⁹
pro seipso. illa nō eēt diffinitio subē: sed accn̄tis. Deide
nō verificaret̄ de diffinito: q2 ille t̄minus: hō nō est aial
rōnale. ergo supponit ꝓ hoīe i cōi. ⁊ sic simplr̄ vel nālr̄.
ergo ⁊c̄. Multa ⁊ q̄si ifinita argumēta possēt fieri ꝯ
hec. sed tetigi medullā in scō. ideo sufficiāt hec.

Ad hec rn̄det̄. Ad p̄mū dicunt qdā q̄ de specie
loq possum⁹ duplr̄. s. metaphysice ⁊ lo-
gice. p̄mo mō metaphysic⁹ appellat spēȝ nō illud qđ p̄-
dicat̄: sȝ rē significatā p t̄minū p̄dicabilē q̄ est cā sue idet̄
minatiōis q̄ t̄min⁹ de plib⁹ p̄dicat̄: ⁊ sic ē necīa suppō
simplex. Scđo mō logic⁹ appellat spēȝ vel gen⁹: nō
rē significatā: sȝ t̄minū quēdā: q2 diffinit illā p p̄dicari:
qđ vr̄ eē ꝓpriū t̄mini ⁊ sic non est necīa suppō simplex.
Hic magr̄ locut⁹ ē logice: alibi vō vt i logica magna lo
cut⁹ ē metaphisice. Hec rn̄sio n̄ valet. p̄mo q2 nō recte
rn̄det ad argumētū. nā q̄rit̄ an iste t̄min⁹ hō hēat signi
ficatū triplex an nō. ⁊ si sic. ergo erit triplex suppō. si vō
nō ꝯ arguebat̄. q2 vl̄e significat vnū i multis. Et si rn̄-
det̄ q̄ est triplex suppō: sȝ nō cōsiderat logic⁹ de t̄tia: sed
metaphysic⁹ hoc est falsum. q2 q̄rto metaphysice dicit
phūs q̄ logic⁹ ⁊ phūs p̄mus versantur circa idē. ergo si
datur t̄tia suppō vt simplex de ista habebit considerare
logic⁹ sicut ⁊ metaphysic⁹: sed alr̄ ⁊ alr̄. Si illa est cā q̄
logicus nō cōsideret suppōneȝ simplicē q2 talis t̄minus
supponēs simplr̄ stat ꝓ significato: qđ nō cōsideratur a
logico qui solū terminos considerat. A simili seqtur q̄
logicus non haberet considerare de suppōne personali.
q2 tūc terminus stat ꝓ re significata ⁊ non ꝓ seipso ter-
mino. vt patet. Et sic solū de suppōne materiali habe-
bit logicus cōsiderare: quod est absurdū. Alij dicunt
q̄ bene datur suppositio simplex. tamē magister in hac
logica non fecit mentionē. q2 vt ipse dicit in logica ma-
gna locut⁹ est in hac logica parua ꝓ iunioꝛib⁹ nō ponē
do oēs suppōnes ne animos iuuenū nimis ifestaret. In
logica vero magna cū loq̄tur ꝓ ꝓuectis corrigit seipm
ponēdo oēs suppōnes ⁊ simplicē cum alijs. Ista respon
sio nulla est. mētiūtur enim isti qui dicūt magistrum di-
xisse hec verba in logica magna. ⁊ qui legit eā sicut ego
testis mihi erit q̄ ipsi mēdaces sunt ⁊ nō ego. Ideo ali-
ter respondere ē ⁊ dicerē ꝑm opinionē magr̄i. hic nō da
tur alia suppō ab istis: ⁊ ꝓbabilis est hec opinio itellecto
eius fundamēto vt stati declarabitur. Pro quo ad-
uerte q̄ de significato t̄mini cōis est dr̄ia inter termini-
stas ⁊ realistas. Realiste enim volūt q̄ terminus cōis:
puta ly hō significat seipsum terminū materialiter. sup
posita vero formaliter siue psonalr̄: vt sortē ⁊ platonē.
simplr̄ vero naturā cōeȝ puta naturā humanam. Ter
ministe vero negāt significationē simplicē. i. naturam
vlem significatā per terminū. q2 ꝑm eos nullus t̄minus
significat nāȝ vlem. q2 nulla est natura vlis in re. sȝ so-
lū cōceptus est vle ꝑȝ p̄dicationē. iō nullus t̄minista po
nit suppōneȝ simplicē t̄mini ꝓ nā vniuersali significa-
ta p ipȝ sicut faciūt realiste. sed q2 t̄ministe vl̄itatē ponūt
in cōceptib⁹. ideo suppositionē simplicē dicūt eē quādo
t̄minus stat ꝓ itentione aīe. quā itentionē ꝓprie non si-
gnificat magr̄. lȝ hic t̄minista sit: a cōi tamē via t̄mini-
starū deuiare voluit ne multiplicaret entia sine necītate.
Unde t̄minus: vtputa hō. aut significat rē q̄ nō est t̄mi
nus: vtputa sortem ⁊ platonem: ⁊ sic supponit persona

liter si stat ꝓ illis. Aut significat rem que est terminꝰ: et hoc duplr̄: qꝛ aut seipsum: aut sibi consimilē: vt ille terminus hō in scripto significat seip̄m i scripto ⁊ similem in voce ⁊ similez in itellectu: puta illū terminū cōceptualez hō. Nō magr̄ vult ꝙ quādo terminꝰ stat ꝓ seipo vl̄ alio consimili supponat materialr̄. Alij vero terministe volunt ꝙ si stat p se solum stat mālr̄. Si aūt stat ꝓ intentōe anime: que est terminꝰ sibi simil̄ stat simplr̄. Ecce ꝙ magr̄ noluit iplicare spēs suppositiōis sine necessitate: cum possumꝰ oia saluare per illas duas species sicut per illas tres. Ad argumētū ergo in oppositum negat̄ an̄s. s. ꝙ triplex sit significatuz termini: quia nullū est significatum simplex: qꝛ nulla ē res vl̄is significata per terminū. Et ad ꝓbationē nego ꝙ iste terminꝰ hō: significet hoiem in cōi. Et cum tu ꝓbas qꝛ f̄z phūm vl̄e est vnū i multis ⁊ dr̄ de multis. dr̄ f̄m terministas ꝙ phūs nō vult ꝙ sit aliq̄ natura cōis i multis ⁊ de multis. sꝫ ꝙ sit vnꝰ conceptus cōis pluribꝰ f̄z predicationem. Ad scd̄z cū querit̄ quō supponit ly corpus mobile i illa ꝓpōne: corpꝰ mobile est subz. Dr̄ ꝙ supponit mālr̄: sicut ēt rn̄det magr̄ in sūmula sua philosophie nālis. Ad ꝓbationē dr̄ ꝙ illud quod ē subm hic ē ille terminꝰ cōis corpus mobile: ⁊ nō est aliqua res vl̄is neqꝫ singularis significata per ipꝫ ex̄ se. ꝓbant̄ tn̄ passiones de subiecto cōi ꝓ rebꝰ singularibus qbꝰ insūt per pricipia sua: nō tn̄ philosophia considerat de rebꝰ singularibus: nisi f̄z conceptum vl̄ez formatū de ipsis. ⁊ sic nō considerat solū terminos: imo res vt suo conceptu vl̄i cōprehendunt̄. Ad tertiū cum dr̄ quot modis diuersis terminus pōt accipi in ꝓpōne tot sūt suppositiones: sꝫ quattuor modis pōt accipi. ergo quattuor sunt suppositiones. Dr̄ ad maiorem ꝙ absolute ē falsa. sꝫ si intelligitur sic. s. ꝙ ꝓ quot diuersis significatis pōt stare terminus in ꝓpositione tot sunt suppositiones. cōcedo: sꝫ tūc nego minorem. qꝛ tm̄ terminꝰ hꝫ duplex significatum. qꝛ aut significat rē que nō est terminus. ⁊ tūc si stat ꝓ tali re supponit personaliter. aut significat terminuz puta seipꝫ vel aliū: ⁊ tunc stat mālr̄. Et dicēdo homo currit: homo est aial: stat personaliter i vtraqꝫ. Et sic dicēdo: homo est spēs: hō est nomen bissyllabū: stat ly hō materialiter i vtraqꝫ. Et si tu replicas cōtra. ista ꝓpositio est vera. hō est aial: vbi nullus homo actu existat cū sit necessaria. ergo non stat personaliter tunc. qa essꝫ falsa cum ꝓ nullo supposito supponat. Respondetur ꝙ illa i casu est falsa dyaletice loquendo. secus āt essꝫ posterioristice. Ad quartū cuz queritur dicendo homo est primo risibilis: quō supponit ly homo dr̄ ꝙ materialiter. Et ad ꝓbationem cuz dicis sequitur ꝙ ille terminus hō habeat in se pricipia risibilitatis. negat̄ consequentia. Unde aliud ē quod ē p̄mo risibile: ⁊ aliud pro quo. qꝛ homo est primo risibile. sortes vō ⁊ plato sunt illa ꝓ qbus habꝫ pricipia risibilitatis: siue i actu significato p̄mo competit isti termino homo. i actu vero exercito sorti ⁊ platoni. Ad cōfirmationē dr̄ ꝙ ly hō stat ꝑsonaliter dicēdo homo ē aial rōnale. Et ad rōnem negatur ꝯn̄a. s. ꝙ sequeretur ꝙ diffinitio n̄ possit conuerti cum diffinito. Unde ille terminus hō diffinitur q̄ conuertitur cuz diffinitione. ꝓ alijs tn̄ diffinitur. Et ad illud similiter negatur ꝙ diffinitio sit singularium primo: imo ē alicuiꝰ termi cōis: lꝫ ꝓ rebus singularibus significatis ꝑ ipsum.

Utꝝ diffō suppōnis mālis ⁊ ꝑsonal̄ sit bn̄ data ⁊c.

Contra dicendo ly ens est ly ens. supponit materialiter vt ꝓbabo: ⁊ tamē stat pro significato formali. ergo diffinitōes male. ꝯn̄a tꝫ cū minori. qꝛ ens hꝫ tm̄ vnū significatuz. s. formale. maior probat̄: qꝛ signum materiale sp̄ limitat ad suppōnem mālem f̄z magistrum in capitulo isto. Ut aūt cognoscatur quō termini supponant ⁊ potissimum est ista vox ly. Secūdo sic: a est lr̄a. ly a stat materialiter ⁊ tamē ꝓ significato formali. ergo ⁊c. ꝯn̄a nota cū maiori. qꝛ formaliter sumitur lr̄a in compositione sillabe ⁊ dictōis: vt dicēdo antonius. mālr̄ aūt seorsū sumitur. Hoc. n. est cōmune dcm̄. minor ꝓbat̄. qꝛ ly a solum significatū formale hꝫ. ergo sumit̄ solū ꝓ significato formali. tꝫ ꝯn̄a. an̄s ꝓbatur. qꝛ iste terminus hꝫ solū significatum formale f̄m magr̄z qui est verificabilis de seipso sine additamēto signi materialitatis. sꝫ ly a ē huiusmodi. qꝛ verum est dicere ly a est a. ergo ⁊c. Item qlibꝫ terminus aut habꝫ vtrūqꝫ significatum. aut tantū vnū: sꝫ ly a cū non habeat nisi vnū: ⁊ ois terminꝰ habens tm̄ vnū significatū hꝫ solū formale. ergo ⁊c. Tertio dicendo sic: buf ē buf. ly buf supponit materialiter. qꝛ ꝓ seipso termino ⁊ nō ꝓ significato formali. ergo ⁊c. ꝯn̄a nota cū maiori. minor ꝓbat̄. qꝛ terminus nō hn̄s nisi vnū significatū hꝫ formale tm̄. sꝫ ly buf est nō hn̄s nisi vnū significatum. ergo hꝫ tm̄ significatū formale.

Quarto sic. dicēdo: ois ē sincathegorema: ly ois supponit mālr̄: ⁊ tn̄ nō ꝓ suo significato māli: ergo ⁊c. ꝯn̄a nota cū maiori. qꝛ formalr̄ sumitur qn̄ ē determiatio alicuius. minor ꝓbat̄. qꝛ si staret ꝓ significato māli ꝓpositio eēt falsa. qđ tn̄ est falsū. pꝫ. qꝛ ly ois mālr̄ sumptuz nō ē sincathegorema sꝫ bn̄ formalr̄. Quito dicendo hō ē spēs: ly hō supponit simplr̄. ergo nō mālr̄. ꝯn̄a tꝫ: qꝛ sunt spēs disp̄ate. an̄s pꝫ: qꝛ ly hō stat pro intētione anime. ergo supponit simpliciter. tenet ꝯn̄a a diffinitione ad diffinitum ⁊c.

Ad hec breuiter rn̄det̄. Ad primū negat̄ maior. Ad ꝓbationē negat̄ ꝙ signū materiale sp̄ limitet ad suppositionē mat̄ialē: sꝫ bn̄ verꝫ est ꝙ limitat t̄minū hn̄tē vtrūqꝫ significatū. ad materialē terminū aūt habētē tm̄ vnū significatū nō. Uel per alia verba dr̄ ꝙ signuz materialitatis limitat semꝑ ad suppositionē materialē terminū aptū natum sic supponere. s. materialiter. aliter nō. Ad scd̄m cōiter dr̄ negando maiorem. imo ly a supponit personalr̄ cū stet ꝓ significato formali. qꝛ solū significatū formale hꝫ vt ꝓbat̄ arguendo. Et ad ꝓbationē maioris cū dr̄ ꝙ qn̄ illa lr̄a a sumitur seorsuz stat materialiter. quādo vero sumitur in compositione sillabe ⁊ dictionis stat formaliter: dr̄ ꝙ semper idē significat ⁊ nihil aliud siue seorsum siue i dictiōe sumatur: qꝛ sp̄ se significat ⁊ nihil aliud. Dr̄ tn̄ sumi formalr̄ in dictione. qꝛ ad hoc inuenta ē ⁊ cōposita vt cōponat dictiones. seorsū tn̄ dr̄ sumi mat̄ialr̄: qꝛ non ad illud officiū ad qđ inuenta ē ⁊ iposita. Et lꝫ seorsū dicat̄ sumi mat̄ialiter ad itellectū: dcm̄ tn̄ supponit ꝑsonalr̄: qꝛ ꝓ significato formali. Hec rn̄sio nō placet: qꝛ nullus terminus vocal̄ ⁊ scriptus nō ipositus ad significā

dum aliqd extra se h3 significatū formale: s3 ly. a ī voce ꝛ ī scripto ē huiusmodi. ergo ꝛc̄. Jō dico q̄ ly a supponit mālit̄er. ꝛ nego minorē. s. q̄ supponat ꝑ significato formali. Et ad ꝓbationē cū dī s̄m magistrū q̄ ille terminus habet solū significatum formale q̄ est verificabilis de se sine additamēto signi mālitatis. Dī q̄ hoc itelligit̄ de t̄mino p se significatiuo q aliqd ex se significat. nō aūt de oī termino absolute. mō p3 q̄ ly a non est terminus p se significatiuus. ergo ꝛc̄. Et vlteri⁹ cū dicis q̄ qcūq3 termin⁹ habet tm̄ vnū significatū habet solū formale. negat̄. s3 ver̄ ē de termino p se significatiuo qui aliqd extra se significat. nō āt de t̄mino absolute. Ad tertiū p3 rn̄sio. negat̄ minor. Ad ꝓbationē negat̄ q̄ terminus habēs tm̄ vnū significatu3 habeat tm̄ formale. s3 illud ver̄ ē solū de terminis p se significatiuis. Ad q̄rtū nego minorē. Ad ꝓbationē nego q̄ si stat ꝑ significato māli ꝓpō sit falsa. ꝛ cū tu ꝓbas q̄ ly oīs māliter sūptū nō ē sincathegorema. s3 formalr̄. ꝯcedo. n̄ tm̄ seq̄t̄ q̄ si supponat ꝑ suo significato māli sit falsa. Unde ly oīs māliter stās vt in hac ꝓpōne: oīs hō currit ē significatū mālr̄ suipsi⁹: ꝛ iō dicēdo. oīs ē sincathegorema. ly oīs supponit mālr̄. q2 ꝑ illo t̄mino oīs formalr̄ sumpto ī illa ꝓpōne. oīs hō currit. qd̄ est significatū māle sui. l3 ergo ly oīs supponat māliter. tm̄ supponit ꝑ se nō stante māliter: ita q̄ sensus ē: ly oīs q̄n̄ nō stat mālr̄ ē sincathegorema: vt ī hac ꝓpōne: oīs hō currit. Ad q̄ntū cōcedit̄ an̄s. s. q̄ ly hō supponat simplr̄ in ista ꝓpōne: hō est spēs: nō distiguēdo suppōnē simplicē ꝯ mālē. ꝛ tunc negat̄ ꝯn̄a. ergo nō ē mālis. si tm̄ eēt simplex distinguendo simplicē ꝯ mālē bn̄ valet ꝯn̄tia. s3 negat̄ an̄s. Et ad ꝓbationē an̄tis dī q̄ ꝓcedit p̄supposita opinione cōmuni contraria magistro.

Utr̄ q̄l3 t̄min⁹ q nō ē verificabil' de seipo sine additamēto mālitatis hēat duo significata. s. māle ꝛ formale.



Ontra. Q2 nō videt̄ q̄ aliqs t̄min⁹ habeat duo significata. q2 null⁹ t̄minus significat se mālr̄. ꝓbat̄ q2 significās ꝛ significatū debēt eē diuersa. s3 idē termin⁹ ꝛ ipsemet nō sūt diuersa. ergo nō pōt seipsū significare mālit̄. ꝯn̄a nota cū minori maior ꝓbat̄. q2 significās ꝛ significatū sunt relatiua. relatiua āt sūt diuersa: vt pr̄ ꝛ fili⁹. g° ꝛc̄. Scd̄o ad idē sic. oē signū ē noti⁹ significato: q2 alr̄ nō duceret ī cognitionē ei⁹. s3 idē nō ē noti⁹ seipo. g° idē nō pōt eē signū suiipsi⁹. ꝛ p ꝯn̄s seq̄t̄ q̄ idē nō significat seip3: ꝯn̄a nota cū toto an̄te ꝛc̄. Tertio sic. ille t̄minus oīs ꝛ alia sincathegoremata nō v̄ificant̄ de seipis sine signo mālitatis. ꝛ tm̄ nō hn̄t duo significata. ergo ꝛc̄. ꝯn̄a nota cū maiori: q2 illa nō est v̄a: ille t̄min⁹ oīs ē oīs. minor ꝓbat̄: q2 nō hn̄t significatū formale cū nihil ex̄ se significēt. alr̄ eni3 eēnt t̄mini p se significatiui ꝛ cathegorematici: qd̄ implicat. Quarto sic ad idē: q2 ly buf nō h3 nisi significatū māle: ꝛ tm̄ nō ē verificabilis de seipso sine signo mālitatis: vt p3 ergo ꝛc̄. Silr̄ arguit̄ de ly a.

Ad hec rn̄det̄ breuiter. Ad p̄mū dī ad maiorē q̄ significās ꝛ significatū debēt eē diuersa aut realr̄ aut s̄m rōnē. Jn ꝓposito sūt diuersa s̄3 rōnē: nō aūt realr̄. Ad ꝓbationē cū dī sūt relatiua: relatiua aūt sūt diuersa vt pr̄ ꝛ fili⁹. Dico q̄ aliq̄ relatiua sūt realr̄ diuersa: vt relatiua realia. q̄dā v̄o nō: vt relatiua rōnis: vt idē refert̄ ad seipm. ꝛ tm̄ nō dr̄t realr̄ a seipo s3 scd̄m rōne3. Ad scd̄m negat̄ minor q̄ idē nō sit notius seipo: imo idē ē noti⁹ seipo: diuersimode tm̄ ꝛ s̄m diuersas rōnes. Nā idē sub rōne signi ē noti⁹ seipo sub rōne significati. Et hoc nō icōuenit. Ad tertiū dī q̄ correlariū illud itelligit̄ de t̄mino p se sinificatiuo. s. q̄ qcūq3 talis nō ē v̄ificabilis de seipo sine signo mālitatis h3 vtrūq3 significatū: de t̄mino āt nō p se significatiuo non h3 v̄itatē. Ad q̄rtū ꝯsilr̄ dī sicut ad tertiū.

Utrū q̄libet termin⁹ q est de seipo verificabilis sine signo mālitatis h3 tantū vnū significatū. s. formale.

c Ontra. Arguit̄ q̄ nullus t̄min⁹ h3 solū vnū significatu3. s. formale. imo q̄ q̄libet termin⁹ habet vtrūq3 significatū. Et ꝓbo de isto t̄mino ens: ꝛ ita itelligatur de alijs: ꝛ arguo sic. Significatū nāle cōpetēs t̄mino est significatū māle ei⁹. Datū v̄o ex ipōne ē formale. s3 ille t̄min⁹ ens h3 significatū nāle ꝛ datū ex ipōne. g° h3 vtrūq3 significatū. s. māle ꝛ formale. ꝯn̄a nota cū maiori. siqs tm̄ negaret miorē ꝓbet̄ rōe sic: q̄ncūq3 pl'a ꝯpetūt vni tertio: qd̄ p̄us ꝯpetit h3 rōnē mae. qd̄ v̄o posteri⁹ h3 rōnē forme. s3 significatū nāle p̄us ꝯpetit. ex ipōne v̄o posteri⁹ g° ꝛc̄. mior p̄ncipal' ꝓbat̄. Nā āteq3 iste t̄min⁹ ēs iponeret̄ ad significādū aliqd seip3 nālr̄ significabat. Deide ex ipōe significat oīa. g° h3 significatū māle ꝛ significatū datū ex ipōne. Scd̄o ad idē arguit̄ sic: qcūq3 t̄min⁹ h3 significatū fōle h3 ēt māle ꝛ eꝯ. g° q̄lib3 t̄min⁹ h3 duo significata. ꝯn̄a t3. an̄s ꝓbat̄. q2 formale significatum nō dī nisi ī respectu ad māle: sic forma ī respectu ad mā3 ꝛ māle ī respectu ad formale. sic mā ī respectu ad formā. s̄o physicor̄. Tertio sic: si aliqs t̄min⁹ hr̄et tm̄ significatū formale: tc̄ māle ꝛ formale sūt idē. qd̄ ē oīo falsū q2 māle p pri⁹ ꝯpetit t̄mio q̄3 formale: cū māle isit nālr̄ formale v̄o ex ipōe. Qd̄ āt eēnt idē ꝓbat̄: q2 significatu3 qd̄ iest t̄mio nālr̄ ē māle. qd̄ v̄o iest ex ipōe ē formale. si significat̄ seip3 ē māle: q2 nālr̄ iest. ꝛ illd̄ idē ē formale. q2 ex ipōe ens significat oīa entia: ꝛ ꝯn̄r seip3. g° cū significat̄ seip3 sit māle ꝛ sit formale: idē ē significatū materiale ꝛ formale. Quarto sic: aliqs ē termin⁹ q ē de seipo v̄ificabil' sine signo mālitatis. ꝛ tm̄ n̄ h3 tm̄ significatum formale. ergo correlariū falsū. ꝯn̄a t3. an̄s ꝓbat̄: q2 ista ē v̄a ly a ē a. ꝛ tm̄ n̄ h3 ly. a. nisi significatū māle. ergo ꝛc̄.

Pro rn̄siōe ad hec argumēta aduerte q̄ q̄lib3 termin⁹ p se significatiu⁹ p̄mo seip3 nālr̄ sig̃t. deide significat aliqd ex̄ se ex ipōe sinificatū māle p⁹. iest: accn̄tale v̄o qd̄ ē ex ipōne s̄ario iest p̄mū dr̄ materiale. s3 formale. S3 vlti⁹ aduerte quō aliqs terminus hēat tm̄ vnū significatū. s. formale. ꝛ aliqs duo. s. formale ꝛ mat̄iale. Unde ꝯtigit aliq̄n̄ q̄ significatū nālit̄ cōpetens termio est disticū oīo a significato dato sibi p ipōnē. vt ille t̄min⁹ hō q ē significatū mālē isti⁹ termi est distinctū a significato quod cōpetit ei ex ꝯpositōe. s. sor. ꝛ platone. Et sic significatū naturale dr̄ mat̄iale. aliud vero ex ipositione dr̄ formale. Aliquādo v̄o ꝯtigit q̄ significatū nāle nō est disticū a significato p ipositione3. imo ē ps ei⁹ vel ipsū sic significatū nāle isti⁹ t̄mi ens ī voce ē ipemet t̄min⁹: ꝛ significatū ex ipōne sūt oīa entia. ꝛ

ipse termin⁹ ens q̄ ē significatum naturale suiipsi⁹ cum
sit vnū eius ē ps significati ex impōne. ille ergo termin⁹
ens est significatum naturale ex impositione. ⁊ tūc dicit̄
q̄ n̄ h̄z nisi vnū signū. s. formale nō q̄ correspōdeat si-
gnificatū nāle. sed q̄ illud nō ē distictū a significato ſm
ipositionē. ideo nō dicit̄ materiale. aut si dr̄ materiale ⁊
aliud formale nō tn̄ dicit̄ hr̄e duo significata nisi vnum
sit distinctū ab altero. Et sic lz habeat materiale ⁊ for-
male nō tn̄ h̄z duo: q̄ vnū nō ponit i numer̄ cū alio nisi
sint disticta. Sed q̄res tenēdo primā viā q̄re illud signi-
ficatū qd̄ cōpetit sibi naturalr̄ ⁊ etiā ex ipositione magis
dr̄ significatū formale q̄z māle: Dicit̄ q̄ vnū significa-
tū formale significat oia. ⁊ p materiale solū partez eius
qd̄ formalr̄ significat. Si tale significatuz diceret̄ māle
eēt opus ponere aliō significatū vltra hoc māle: sz si dr̄
formale nō est opus vltra significatū totale formale po
nere aliud significatū distinctū a formali. iō ⁊c̄. Sed
q̄res tenēdo secundā viā quō ly ens si habet significatū
materiale ⁊ formale h̄z tn̄ vnū significatuz. s. formale:
q̄ ex secūdo sequit̄ oppositū p̄mi. sequit̄ enim habet tn̄
significatū formale: ergo nō h̄z materiale. Dr̄ q̄ ꝓ tāto
dr̄ hr̄e tn̄ significatū formale. nō q̄ nō habeat materia-
le: sz q̄ nō habet aliud significatū. illud eni significatuz
materiale nō est aliud a formali cum sit idē: ⁊ ideo illud
māle nō pōit i numer̄ cū formali. Prima via clarior.
secūda subtilior. tu seq̄re q̄ tibi placet ⁊c̄. Ad p̄mū igr̄
in oppositū dr̄ q̄ ly ens nō h̄z significatū materiale: q̄
lz oē significatū materiale sit significatū naturalr̄ cōpe-
tens termino nō tn̄ oē significatū nāliter ꝯpetēs ē māle
sed solū illud qd̄ est distictū a formali. Vel dr̄ q̄ lz ha
beat significatū māle ⁊ formale. nō tamē dr̄ hr̄e duo si-
gnificata nisi vnū sit distictū ab altero q̄lr nō est i ꝓposi
to. Ad scd̄m r̄ndet̄ q̄ dr̄ formale nō respcū mālis si-
gnificati illi⁹: q̄ illud nō h̄z: sed respcū alteri⁹ significati
mālis alicui⁹ t̄mini habētis vtrūq̄z. q̄ sicut i t̄mino ha
bēte vtrūq̄z significatū illud dr̄ formale de quo vificat̄
t̄minus sine signo mālitatis. ita hic illud dr̄ formale de
quo vificat̄ t̄min⁹ sine signo mālitatis. Vel alr̄ dr̄ q̄
dr̄ formale respcū mālis significati illius. dato tn̄ q̄ ille
t̄min⁹ hēat significatū māle ⁊ significatū formale. non
tn̄ dr̄ hr̄e duo significata: q̄ māle nō est oīno distinctū a
formali. Ad t̄tiū dr̄ negādo ꝯn̄az: q̄ nō h̄z significa-
tū māle. significatū eni nālr̄ cōpetens nō dr̄ māle nisi sit
distictū a formali. lz ergo oē significatū māle sit nāle nō
tn̄ oē nāle est māle nisi sit distictū a formali. Vel alr̄
potes cōcedere q̄ māle ⁊ formale sunt idē. non tn̄ oīno:
q̄ formale est cōius: māle vō min⁹ cōe. ⁊ hec duo nō po
nūt i numer̄ sicut nec supi⁹ cū iferiori. Ad q̄rtū dr̄ q̄
correlariū itelligit̄ de t̄mino p se significatiuo. De t̄mi-
no aūt nō p se significatiuo ꝯcedit̄ q̄ aliq̄s t̄min⁹ verifi
cat̄ de seipso sine signo mālitatis: ⁊ tn̄ non h̄z significatū
formale imo māle tn̄ vt ly a sicut argumentū ꝓbat.

Utz fundamētū regular̄ istius capl̄i: vt aūt cogno-
scat̄ quō t̄mini supponāt sit ver̄. s. talia sunt subiecta q̄-
lia permittūt p̄dicata.

Contra arguitur. q̄ non sit veruz.
Et primo sic: predicatum
nihil permittit vel saltem non impedit
qualecunq̄z subiectum esse: ergo funda-
mētū illud falsum: cōsequētia tenet. ⁊ antecedēs simi-
liter. Forte dicitur q̄ nō capitur ibi permittere ꝓ non
ihibere sz capit̄ ꝓ det̄miare. Cōtra. ex ista r̄nsiōe seq̄t̄ q̄
ista ē v̄a: oīs hō ē mascul⁹. sil̄r ista. oē aial ē hō: q̄ si sub-
iecta ibi det̄minēt̄ p p̄dicata. igr̄ solū supponunt ꝓ his
ꝓ q̄bus det̄minātur: sz p̄dicatū i p̄ma nō suppōit nisi ꝓ
mascul. i alia solū ꝓ hoibus. ergo sil̄r suba supponent.
⁊ sic erūt v̄e. Cōfirmatur q̄ dato isto seq̄tur: q̄ illa ē
vera. oīs hō est spēs: quā tn̄ negat opinio. Et q̄ illō se
quatur pz: q̄ predicatum pōt permittere stare subz ma
terialr̄: ⁊ si sic seq̄tur q̄ subm supponeret māliter. ⁊ per
ꝯn̄s ipa erit vera. Secūdo principalit̄ arguit̄ termi-
num nō posse māliter suppōere sine limitatōe signi ma
terialitatis. q̄ talis terminus ſe ipositionis non sufficit
trahere terminum prime impositionis ad talem suppo
sitionem materialē. Et arguitur sic: nō maioris virtu-
tis ⁊ fortitudinis est terminus ſe ipositionis q̄z aliq̄ ne-
gatio. cū igitur negatio non possit hr̄e vim supra prece-
dentē terminū ipm ꝯfundendo. igit̄ a fortiori nec termi
nus ſe impōnis hēbit vim aliquā sup̄ precedentē. ⁊ per
ꝯn̄s non trahit terminū aliquē ad talē suppositionē: cō
sequentia vr̄ patere cum nō sit cā diuersitatis. Con-
firmat̄. q̄ terminus p̄me ipōnis a pte predicati nō pōt
trahere terminum ſe impositionis a pte subiecti ad ta
lem vel talē suppōnē. ergo nec eq̄: pz ꝯn̄a vel det̄ cā di-
uersitatis. Cōfirmatur ſo q̄ terminus ſe ipōnis po
situs a pte subiecti nō pōt trahere terminū p̄me ipōnis
a pte predicati ſm illā opinionē: igr̄ a fortiori qn̄ pōitur
a pte p̄dicati t̄minus ſe ipōnis nō potit trahere termi-
nū p̄me ipositionis positum a pte subi: ꝯn̄a pz q̄ rōna
bile ē q̄ terminus maiorē vim habeat sup̄ terminū se-
quentē q̄z supra p̄cedentē. Confirmatur tertio: quia
terminus non maiorē vim h̄z a pte predicati q̄z a par-
te subiecti nisi inquātū aia p illū intelligit sic vel sic. cuz
igitur intellectus sit indifferens concipe mat̄ialit̄ a par
te predicati sicut a pte subiecti: ergo ⁊c̄. Et sic pz q̄ qua
rōne pōt terminus a pte subiecti supponere materialit̄
sine tali additōe ꝓpter det̄minationē predicati: eadē rō
ne pōt stare a pte predicati mat̄ialiter sine tali addito ꝓ
pter limitationē subiecti vel det̄minationē eiusdē: ⁊ per
ꝯn̄s hec erit bona cōuersio quā magr̄ negat: hō ē spēs
spēs ē hō. Cōfirmat̄ q̄rto: q̄ seq̄tur oppositū illius re
gule q̄ dicit. a t̄tio adiacēte ad ſm adiacēs in t̄mis non
distrahentibus ē bona ꝯn̄a. Vel seq̄tur q̄ dubia ē: q̄a
hec opinio cōcedit hāc ꝓpōnē. Chymera ē nomē. Ar
guitur tūc sic. ergo chymera ē. vel ꝯn̄a ē bona vel non.
Si nō: hētur prima ps cōclusionis. si sic habetur ſa.

Ad hec r̄ndetur qd̄ fundamētū illō ē ver̄. Et ad
primū argumentū dr̄ sicut ibi. Et ad ꝓ
bationē cū dicis seq̄tur q̄ illa essz v̄a. Oīs hō ē mascu-
lus. ⁊ sil̄r ista. oē aial ē hō. q̄ si illa suba det̄minātur p
p̄dicata solū suba supponūt ꝓ illis ꝓ q̄bus det̄minātur.
R̄ndetur q̄ predicata nō det̄mināt suba quōcūq̄z sz so
lum quo ad suppositionē generalē. s. mat̄ialē vl̄ psona
lem. nec sp̄ hoc faciunt sz solū qn̄ nō sunt ipedita. Un-
de signū mat̄ialitatis additūz subo faceret ipz stare ma
terialr̄ inuito p̄dicato: vt dicēdo ly hō ē aial. ⁊ signū vl̄e
vel pticulare limitās ad suppositionē psonalem additū
subiecto faciet ipz stare personalr̄ ēt inuito predicato vt

142

Alr̃ tam̃ p̃t dici ad ꝭꝫ q ista cõseq̃ntia ē bõa: vt nũc cesar nõ fuit. ergo nullus deꝰ ē: licꝫ nõ sit bõa simplr̃. cõsequētia ãt bõa simplr̃ est neccĩa simplr̃. bona ãt vt nunc nõ est neccĩa simplr̃: sꝫ vt nũc: ꝛ ꝭꝫ qd. ꝛ sic solũ excludiť ipolē p reflexionē. Ad ꝭm dr̃ q triplex est neccĩũ.ſ. p se: p accidēs: ꝛ p reflexionē. p se ē illud quod significat: sic nõ p̃t: nec potuit: nec poťit nõ eē. vt deꝰ ē. Neccĩum p accidēs ē qð significat sic nõ põt nec poťit nõ eē: potuit tam̃ non eē. vt cesar fuit. Neccĩũ p reflexionē ē qð asserit se eē neccĩũ. vt hec ꝓpõ ē neccĩa seipã ðmõstrata. Ad ꝓpositũ mõ dico q regula itelligit solũ de neccĩo p se: ꝛ nõ de alijs modis loq̃ndo ꝺ cõseq̃ntia bona simplr̃. Et p hoc pꝫ ad p̃mũ ꝛ ꝭm. Põt ēt itelligi de neccĩo p accidēs i ꝯseq̃ntia bona vt nũc. ñ ãt simplr̃. ꝛ p hoc pꝫ alr̃. ad p̃mã. Ad t̃tiũ concedo istã cõseq̃ntiã eē mãleꝫ ꝛ tam̃ antecedēs nõ ē ipolē: nec cõseq̃ns neccĩũ. negať tam̃ cõseq̃ntia. ergo regule sũt diminute. Unde magr̃ dat diffinitionē cõseq̃ntie mãlis q̃ cois ē oibꝰ.ſ. quãdo oppositũ cõsequētis nõ p̃t stare cũ ãtecedēte: ꝛ p istã cognoscerē illã eē bonã. Dat ēt duas alias regulas spãles.ſ. q̃ñdo ãtecedēs est ipolē ꝛ cõseq̃ns neccĩũ: ꝛ cõcedo q p istas spãles nõ potes cognoscē vlr̃. q̃re ꝛc. Sophisma ꝯ diffõnes sic: Tu es asinꝰ. ergo diffinitiones male. cõsequētia tꝫ. ãtecedēs ꝓbať: ꝛ pono q a sit ista ꝓpõ: hõ est asinꝰ. tũc arguiť sic: tu es asinꝰ: vel tu respõdes ad a aliť q̃ꝫ affirmatiue. sꝫ tu nõ respõdes ad a alr̃ q̃ꝫ affirmatiue. ergo tu es asinus. consequētia nõ. qꝛ arguiť a disiũctiua cũ destructõe vniꝰ ptis ad alterã. mioꝛ ꝓbať.ſ. tu nõ respondes ad a aliť q̃ꝫ affirmatiue. tu nõ respõdes ad a. ergo tu nõ respõdes ad a alr̃ q̃ꝫ affirmatiue. ꝯseq̃ntia tꝫ. antecedēs ꝓbať. qꝛ tu nõ negas a nec cõcedis. ꝛ si dicis q negas a. ergo te eē asinũ ē a te negãdũ. ergo te eē asinũ ē aliqd: ergo tu es asinus. maioꝛ p̃ncipaľ ꝓbať: qꝛ ꝭa ps istiꝰ disiũctiue ē va.ſ. vľ tu respõdes ad a aliť q̃ꝫ affirmatiue. ꝓbať: qꝛ ꝓpono tibi a: si cõcedis hēo itentũ.ſ. q tu es asinus. si negas. ergo tu respondes aliť q̃ꝫ affirmatiue. Ad hoc negať antecedēs. Ad ꝓbationē cũ dicis: tu es asinus vel respondes alr̃ ad a q̃ꝫ affirmatiue: nõ cõcedo istã disiũctiuã nisi ꝓ tpe ꝓ quo respõdeo. Et quãdo dr̃: tu non respõdes ad a aliť q̃ꝫ affirmatiue: dico q ē falsa ꝓ tpe ꝓ quo respondeo. ꝛ cũ tu dicis: tu negas a. ergo te esse asinũ est a te negãdũ. concedo. ergo te eē asinũ ē aliqd. ergo tu es asinus. negať consequentia ꝛc.

Utrꝫ diffinitões consequentie bone de forma: ꝛ consequentie bone de materia sint bene date.

Contra. Ista ꝯseq̃ntia non ē bona ꝺ forma: tñ verꝫ vľ falsũ ē ꝓpõ. ergo nihil nõ verꝫ vel falsũ est ꝓpõ: ꝛ tam̃ q̃libꝫ ei cõsimilis i forma ē bona. ergo ꝛc. ꝯsequētia nõ cũ miori: qꝛ arguiť ab exposita ad vnã exponentiũ suaꝝ: maioꝛ ꝓbatur: qꝛ illa non ē bõa. ergo nõ ē bona ꝺ forma. ꝓbať antecedēs. qꝛ añs est verꝫ ꝛ conseq̃ns falsũ. q ãtecedens sit verꝫ ꝓbať: ois ꝓpõ ē va vel falsa. ergo tñ verꝫ vel falsũ ē ꝓpõ. q conseq̃ns sit falsũ ꝓbať: qꝛ ꝯdictoꝛiũ eiꝰ ē verꝫ.ſ. aliqd qð non ē verꝫ: nꝫ falsũ est ꝓpõ. qꝛ hec ē ꝓpõ ðmonstrãdo istã: hõ ē asinꝰ. ꝛ hec ē aliqd ñ verꝫ vel falsũ. ergo aliqd nõ verꝫ nꝫ falsũ est ꝓpõ. tꝫ conseq̃ntia cuꝫ maiori: mioꝛ ꝓbať. qꝛ hoc ē falsũ. ergo hoc est non verꝫ vel falsũ. Scðo sic: ista ꝯseq̃ntia nõ ē bona ꝺ forma: ãtirp̃s est albꝰ. ergo antirp̃s est coloratꝰ. ꝛ tam̃ q̃libꝫ sibi simiľ i forma est bona. ergo ꝛc. conseq̃ntia nõ cũ miori. qꝛ arguiť ab iferiori ad suũ supiꝰ affirmatiue: ꝛ cũ alijs conditionibꝰ req̃sitis. maioꝛ ꝓbať: qꝛ conseq̃ntia nõ valet. probatur: qm̃ possibile est ita eē sic significať p antecedens. q̃ꝫuis non sit ita sicut significať p consequens. ergo non valet. tꝫ consequentia. antecedēs ꝓbať sic. Possibile est ita eē sicut adeq̃te significatur p antecedens. ꝛ non ē ita sicut adequate significať p consequens. ergo polē ē: ita

esse sicut significatur p antecedens q̄uis nō sit ita sic si-
gnificatꝰ per consequens.tꝫ consequentia:qꝛ ex oī copula-
tiua affirmatiua lꝫ iferre vnā expletiuā affirmatiuaꝫ.ꝛ
ātecedens pbaꝰ.qꝛ hec est possibilis.ita ē sicut adeq̄te si
gnificaꝰ p ātecedens que adeq̄te significat:ita esse sicut
adeq̄te significaꝰ p ātecedens:ergo possibile est: ita esse
sicut adeq̄te significaꝰ p ātecedens qđ est pma ps ante-
cedentis. Alia ēt ē manifesta.s.ꝛ non ē ita sic significaꝰ
p conseq̄ns:qꝛ antixp̄s non est coloratus. Tertio sic:
Ista cōseq̄ntia non ē bona đ forma:si hō currit aīal cur
rit.ergo si iste hō currit aīal currit:ꝛ tamē q̄libꝫ consilis
i forma valet.ergo ꝛc̄.cōseq̄ntia ē nota.maior pbaꝰ.qa
sub ēmino stāte confuse tm̄ imobiliꝰ non licꝫ descendē.
sꝫ cū ly homo stet imobiliꝰ pm magr̄m.ergo non licꝫ đ
scendē:ꝛ consequēter si licꝫ descendē hoc est grā māe ꝛ
nō de forma.minor pbatur:qꝛ arguendo a cōditionali
affirmatiua descendēdo sub ātecedēte ad conseq̄ns sem
per valet:vt pꝫ discurrendo in omnibus.

Ad hec breuiter respondeꝰ. Ad pmum nego
maiorē.s.ꝙ illa consequētia nō sit đ for
ma. Ad pbationē dico ꝙ ātecedens ē verꝫ.ꝛ nego ꝙ
conseq̄ns sit falsū.Et cū dicis:ꝯdictoriū consequētis est
verꝫ:nego.Unde ly nō:dꝫ dētminare totū disiūctū.aliꝰ
nō essꝫ ꝯdictoriū exponentis negatiue i q̄ ly nō:determi
nat totum disiūctū.ꝛ iđ nego istā:aliqđ non verꝫ vel fal-
sum ē ppō.Et ad pbationē nego istā:hoc non ē verū
vel falsum demonstrata illa:hō est asinꝰ.Et cum tu ar
guis:hoc est falsū.ergo hoc ē non verꝫ vel falsū.a parte
disiūcti ad totū disiūctū:nego consequētiā quādo disiū-
ctū teneꝰ collectiue:sic est i pposito:cū dētmineꝰ p signū
confusiuū.Si āt intelligimꝰ ꝙ negatio solū isinitaret p-
mā ptē disiuncti nō essꝫ ad ppositū. Ad pm negatur
maior.Ad pbationē cū dꝛ possibile ē ita eē sic significa
tur p ātecedens:q̄uis nō sit ita sicut significatur p cōse
quens.Distigno de ly possibile:qꝛ aut cadit sup̄ totum
aut sup̄ pmā ptē tm̄.Si sup̄ pmā ptē nego consequenti-
am.Si vō sup̄ totū concedo cōsequētiā.ꝛ vlteriꝰ nega-
tur ꝙ ex copulatiua liceat iferre expletiuā:quādo copu
latiua non ē ypothetice pbabilis:vt ista cū ly possibile
cadat i totū:qꝛ i copulatiua caderet sup̄ totū:i expletiua
vō sup̄ ptem. Ad tiū cōceditur maior.Unde illa cō
sequentia valet tm̄ de mā:ꝛ iđ negatur ꝙ quelibꝫ consi
milis i forma valeat. Ad pbationē dꝛ ꝙ nō valet de-
scendēdo de forma.qꝛ non valet descēsus i oibꝰ cōsimi-
libꝰ i forma.vt i illa:si hō nō currit risibile nō currit.er
go si iste hō nō currit risibile non currit:ꝛ tm̄ ē similis đ
scensus i forma huic.Uide hoc ample i qōne scā đ sup
positione imobili confuse. Sophisma ꝯ diffinitiōes
sic:Tu es asinꝰ.ergo diffinitiones male. conseq̄ntia tꝫ
antecedēs pbatur sic:tu es asinus:vel illa disiūctiua ē
falsa.p ly istā demonstrādo disiūctiuā scāꝫ.sꝫ illa disiū-
ctiua non ē falsa.ergo tu es asinꝰ.conseq̄ntia bona ꝛ an
tecedens ē verꝫ.ergo ꝛ conseq̄ns est verꝫ.ꝙ antecedēs sit
verꝫ pbatur.p pma pte pꝫ:qꝛ si non dicas tu ꝙ illa dis
iunctiua ē falsa:ꝛ arguitur sic.Illa disiūctiua ē falsa.er
go tu es asinꝰ.vl ista ē falsa a pte disiūctiue ad totā.ꝛ an
tecedens est verꝫ p te.ergo consequens.ꝙ minor sit vera
.s.illa disiunctiua non est falsa.probatur:qꝛ contradicto
rium est falsum.s.ista disiūctiua est falsa. ergo quelibet
ps est falsa.ergo pa pars est falsa.sꝫ pa pars ē illa disiū-
ctiua ꝛ est falsa.ergo ista est falsa.

Ad hec respondet qdam breuiter non admittē
do casum.s.ꝙ pars non possit dētmina
re totum.sed videtur fuga.Ideo dicatur:ꝛ ad istā disiū
ctiuam scām:tu es asinus vel ista disiunctiua est falsa.
Dꝛ querendo an velis ꝙ secūda pars significet precise
an non.Si sic non admitto casum:qꝛ est insolubile sim
pliciter.Si aūt non significat precise admitto casum:ꝛ
dico istam disiūctiuā esse falsā.Et cuꝫ tu arguis ꝯ.illa
disiūctiua est falsa per te ergo tu es asinus vel ista disiū
ctiua ē falsa.tꝫ cōsequentia a pte disiūctiue ad totā disiū
ctiuam.negaꝰ cōsequentia qꝛ ista ppō:ista est falsa.ē an
tecedēs put mere significat cathegorice:ꝛ sic cōcessa ē.
Est aūt ps disiūctiue quādo ē consequens vt significat
ypothetice.Rursus non recte accipis minorē dicendo
ista disiūctiua non ē falsa:sꝫ debes dicere non ista disiū
ctiua est falsa.ꝛ hoc ꝯdictoriuꝫ significat copulatiue op
posito modo.s.ꝙ ista disiūctiua non est falsa vel ipa nō
est vera.ꝛ ideo minor est vera.

Utꝫ pma regula sit vā: Si ex ꝯdictorio consequētis
seqtur ꝯdictoriū antecedētis conseq̄ntia est bona.

Contra. ista cōseq̄ntia non valet.Sor-
tes nō demonstratur:ergo hoc
non demonstratur.ex ꝯdictorio conseq̄ntis seq
tur ꝯdictoriū antecedētis.ergo regula falsa.consequen-
tia nota cū minori:qꝛ seqtur:hoc đmōstratur: ergo sor.
demonstratur p ly hoc demonstrādo sortē.maior pba
tur.qꝛ posito ꝙ nihil demonstretur ē antecedens verū
vt pꝫ:ꝛ conseq̄ns falsū:pbatur si conseq̄ns sit verꝫ:cum
sit ppō oꝫ ꝙ subm aliqđ significet.ꝛ cū sit pnomē đmō
stratiuū non significat nisi demonstrādo.ꝛ p conseq̄ns
aliqđ demonstratur p ly hoc.ꝛ per conseq̄ns falsū ē ꝙ
p ly hoc non demonstretur aliqđ. Scđo sic. illa con
sequētia non valet:hoc est pretitū.ergo hoc fuit.ꝛ tamē
ex ꝯdictorio consequentis seqtur contradictoriū antece
dentis.ergo ꝛc̄.tꝫ consequentia cū minori ꝛc̄.qꝛ seqtur.
hoc non fuit:ergo hoc non ē pteritū quocūqꝫ demon-
strato.maior pbatur:qꝛ aliqđ fuit qđ non fuit: ergo ali
quid ē pteritū quod non fuit.tꝫ conseq̄ntia a conuertibi
li ad cōuertibile.ꝛ antecedens ē verꝫ vt pbabo.ergo ꝛ cō
seq̄ns:qđ aūs sit verꝫ pbaꝰ sic. aliqđ fuit ꝛ ipole ē illđ fu
isse:ergo aliqđ fuit qđ nō fuit.ꝯña bona ꝛ aūs pbaꝰ: et
signo hāc ppōnē hō est asinꝰ:quā volo diu fuisse sic pre
cise significādo.tūc pma ps pꝫ:qꝛ hoc fuit demōstran-
do istā ppōnē.ꝛ ipole est hoc fuisse.ergo aliqđ fuit qđ n̄
fuit.Scđa ps pbaꝰ.s.ipole est illud fuisse.qꝛ verꝫ est ꝙ
ipole est hoc fuisse.ergo ipole est hoc fuisse.pꝫ cōseq̄ntia
a sili.Uerꝫ est te currē.ergo tu curris pbaꝰ antecedens.
Hec est vā ꝙ ipole est hoc fuisse:q̄ adeq̄te significat ꝙ
ipole est hoc fuisse.ergo verꝫ est ꝙ ipole est hoc fuisse. tꝫ
conseq̄ntia cū miori.maior pbatur.qꝛ hec est vā hoc fu
it qđ est ipole.ergo qđ est ipole hoc fuit.cōseq̄ntia bōa a
a conuertibili ad conuertibile.ātecedens est verum.er-
go ꝛ consequens.Ista est longa philateria.tamen p in
uenibꝰ clare deduxi ꝛ clarius respōdebo. Tertio sic.
ista consequentia est bona.sortes est nūc primogenitꝰ.
ergo habet vel habuit patreꝫ.ꝛ tamen ex opposito con
sequentis nō seqꝰ oppositū aūtis.ergo regula falsa.ꝯña

tenet cum maiori. minor probatur. quia pono q plato iniecerit semē p sorte generādo in matricē berte: postea moriat̃: quo mortuo ꝯꝑuet berta ita bene illud semē q i tp̄z īfundat̃ aia sortis: tūc p3 q nō seqtur: sortes non h3 nec hūit p̄rē. ergo nō est p̄mo genit⁹. q2 añs est ver̄: q2 nō habuit p̄rē qñ fuit sortes: q2 tūc plato nō erat. nec qñ nō fuit: ⁊ tamē ꝯñs est falsū. Quarto arguit̃ argumēto magr̄i. Ista ꝯña ē bona. tu credis p̄cise q oīs hō decipit̃. ergo tu deciperis. ⁊ tamē ex ꝯ̄dictorio ꝯñtis nō seq̄tur ꝯ̄dictoriū añtis. ergo ⁊c̄. p̄ma pars añtis pbat̃: q2 seqtur: tu credis p̄cise q oīs hō decipit̃. igitur tu credis ver̄ vel falsū. si tu credis falsū. igit̃ tu deciperis. si tu credis ver̄ ⁊ credis q oīs hō decipit̃. igitur ita ē q oīs hō decipit̃. ⁊ tu es aliqs hō. ergo tu deciperis. q aūt ex ꝯ̄dictorio ꝯñtis nō seqtur ꝯ̄dictoriū añtis pbat̃: ⁊ pono q tu credas p̄cise q oīs hō decipit̃ ⁊ nō tu decipiaris. isto posito ꝯñs est falsū p casū ⁊ añs est ver̄. pbat̃. q2 si non: detur oppositū: ⁊ arguitur sic: Tu credis p̄cise q oīs hō decipit̃: ⁊ ita ē q oīs hō decipit̃: q2 oīs hō nō tu decipit̃ p casū: ⁊ tu deciperis p rōnē. igitur tu credis p̄cise sicut ē per rationē: quod erat pbandū.

Ad hec respōdetur. Ad p̄mū negatur maior. s. q ista ꝯña nō valeat: Et ad pbationē nego q posito casu añs sit ver̄ ⁊ ꝯñs falsum. q2 si nihil demr̄atur nō est añs ex quo nō h3 ꝯñs. Et ꝯñr stāte casu isto illa nō est ꝯña. sed bene cōcedo q añs pōt eē ver̄ sine ꝯñte. Et ex hoc seqtur q alique due ppōnes cōuertūtur q̄r vna pōt eē vera sic significādo ⁊ altera non: vt ille: sor. nō demr̄atur: hoc nō demr̄atur. p̄ma cui pōt eē vera: scḋa nō. Et si replicas. ergo seqtur q a cōuertibili ad cōuertibile nō valet ꝯña. dr̄ negādo q seq̄tur. q2 vl' vis q sor. demr̄et vel nō. si sic vtraq3 est falsa. si nō tunc nō poterit fieri ꝯña. q2 nō erit nisi vna istar̄. Ad scḋ3 negatur maior. s. q ꝯña ista nō valeat. Scḋo. ad pbationē cum dr̄: aliqd fuit qḋ nō fuit. ergo ⁊c̄. nego añs.

Ad pbationē cū dr̄: aliqd fuit ⁊ ipōle est illud fuisse. ergo ⁊c̄. nego añs p scḋa parte. Ad pbationē cū dr̄: ver̄ est q ipōle est hoc est fuisse. ergo ipōle ē hoc fuisse. Dr̄ dubitādo q̄lr tenet̃ ly q: vel noialr̄ vl' ꝯiūctiue. Si p̄mo mō: tūc añs est ver̄. sed ꝯña nō valet. q2 ly q non cōuertitur cū orōne īfinitiua q̄ dr̄ dcm̄ ppōnis nisi cum tenet̃ coniūctiue. si vero ly q tenetur coniūctiue ꝯña est bona. sed nego añs. Ad pbationē cū dr̄: hec est vera q ipōle est hoc fuit q̄ adeq̄te significat ⁊c̄. ergo ver̄ ē q ipōle est hoc fuisse. negatur ꝯña. q2 i antecedēte tenet̃ ly qḋ noialr̄: in ꝯñte vero coniūctiue. ⁊ iuxta hoc solet cōcedi q ver̄ est q ipōle est hoc fuisse. ⁊ falsū est q ipōle ē hoc fuisse. tenēdo ly qḋ in p̄ma noialr̄: in scḋa vero cōiūctiue. sic cōceditur q necc̄iu3 est q de⁹ nō fuit ⁊ necc̄iu3 est q de⁹ fuit: in p̄ma tenēdo ly qḋ noialr̄: in secūda vo coniūctiue. Ad t̄tiū negat̃ maior. s. q ista ꝯña sit bona q2 nō est nec̄e q ad gñationē alicui⁹ sit vel fuerit pr̄: sed q semē fuerit debito loco īfusum: ⁊ q habeat v̄tutē īformatiuā: imo etiam est pōle q nec habeat nec habuerit matrē vt si in casu p̄ori ponatur q sim⁹ ppinq̄ īstāti īfusionis aie itellectiue p sorte generādo: ⁊ sint oēs cause p̄parātes dispositionē p illa aia ita ppique q nulla cā nālis in tā breui tp̄e possit applicari ad īpedimētū De-inde volo q cor berte p̄cutiatur gladio ⁊ sibi insit mors p minori tempore q̄3 anima īntroducetur pro sor. generando. casus est satis imaginabilis. tūc p3 conclusio p p̄mo īstāti aie ītroducte. Ad q̄rtū negatur minor. s. q ex ꝯ̄dictorio ꝯñtis nō seq̄tur ꝯ̄dictoriū ātecedētis. Ad pbationē dr̄ nō admittēdo casum: q2 nō est pōle q tu credas p̄cise q oīs hō decipitur ⁊ tu nō decipiaris. nā si sic seqtur q tu deciperis: vt ostēsum est. aut ergo tu deciperis in credēdo oēm hoīe3 decipi. q2 oēs hoīes decipi est falsum per casu3: aut in credēdo aliud videlicet q hō ē asin⁹ vel aliqḋ aliud falsu3. ⁊ p ꝯñs tu nō credis p̄cise q oīs hō decipitur; q2 est oppositū vnius particule casus. Et eodē mō seqtur q nō est pōle q tu credas p̄cise teip̄3 decipi. igitur tu deciperis. vel ergo in credēdo teipsum decipi vel aliud: nō p̄mū: q2 teip̄3 decipi est ver̄. igit̃ aliqd aliud. ⁊ p ꝯñs tu non credis p̄cise teipsum decipi ⁊c̄.

Sophisma ꝯ̄ regulas sic: Tu es asinus. ergo regula falsa. ꝯña tenet. añs pbat̃. ⁊ pono q a cōuertatur cum isto t̄mino hō: ⁊ hoc disiūctū a vel b cū isto t̄mino asin⁹. Tūc arguit̃ sic: tu es a. ergo tu es a vel b. tenet cōsequētia a parte disiūcti ad totū disiūctū: ⁊ antecedēs est ver̄: q2 tu es hō. ergo tu es a. ergo cōsequēs est ver̄. tūc vltra: tu es a vel b. ergo tu es asin⁹. tenet cōsequētia a cōuertibili ad cōuertibile. Ad hec dr̄ negādo añs. Ad pbationē admisso casu negatur cōsequētia. q2 a vel b nō est disiūctū nisi apparēter. q2 p casum conuertitur cū ly asinus. ergo est icōplexū: ⁊ p cōsequēs nō est disiūctum. Vel aliter si vis q sit disiunctū dicitur q regula itelligitur de disiūcto significāte ex cōpositione suar̄ partiū. qualiter non est in proposito.

Utr̄ secunda regula sit vera: Si aliqua cōsequētia est bona ⁊ antecedens est ver̄. ergo ⁊ consequens.

Contra ista cōsequētia est bona: deus est: ergo nullus hō est asin⁹. ⁊ tñ añs est ver̄ ⁊ cōsequēs nō. ergo regula falsa. consequētia nota cū maiori. minor pbatur. p p̄ma parte p3. s. q añs sit ver̄. Pro scḋa pbatur. s. q cōsequēs nō sit ver̄. q2 si nō: da oppositū q sit ver̄: ⁊ arguitur sic. consequēs est ver̄ q significet adeq̄te nullū hoīe3 eē asinum. ergo sic est q nullus hō est asin⁹. tenet cōsequētia. a cōuertibili ad cōuertibile. tunc vltra: sic est q nullus hō est asin⁹. ergo aliq̄lr est q nullus hō est asin⁹. tenet cōseqūtia. q2 oīs ppō affirmatiua sine p̄dicato distractiuo ponit aliqd vel aliq̄lr eē. sed hoc cōsequēs est falsum. ergo illud ex quo seqtur ⁊c̄. Scḋo sic: Ista cōsequētia ē bona: illa ppō: cesar fuit est necc̄ia. ergo ei⁹ adeq̄tū significatū est necc̄iu3: ⁊ tñ añs est ver̄ ⁊ cōsequēs nō. ergo regula falsa. cōsequētia tenet cū maiori: q2 arguitur a diffinito ad diffōne3. minor pbatur ponēdo q sit ista ppō: cesar fuit sic significās. q añs sit ver̄ p3 p regulā cōe3 dicentē q oīs ppō vera de p̄terito in t̄minis simplicibus nō depēdēs a futuro est necc̄ia. q cōsequēs nō sit ver̄ pbatur. q2 si nō da oppositū. tūc sic. adeq̄tū significatū est necc̄iū. s3 adeq̄tū significatū ē cesarē fuisse g⁹ cesarē fuisse ē necc̄iū. ⁊ vltra. ergo cesarē fuisse ē. aut saltē seqtur. ergo cesarē fuisse est aliqd. quod est falsum. q2 cesarē fuisse nihil est: cū nec sit suba nec accn̄s. Tertio sic: ista consequētia est bona: illa ppō est vera. cesar fuit. ergo adeq̄tū ei⁹ significatū est ver̄. ⁊ tamē añs est ver̄. ⁊ cōsequēs falsum. ergo regula falsa. cōsequētia tenet cū maiori. q2.

arguiť a diffinito ad diffōnē.minor ꝓbať.⁊ ꝑ pma par
te patet.ꝑ secūda ꝓbať.q꞉ seqť:adeq̄tū significatū est ve
rū.ſʒ tale ē cesarē fuisse. ergo cesarē fuisse est verū. ꝯn̄s
est falsū:q꞉ cesarē fuisse nihil ē.ergo cesareʒ fuisse nō est
ver̄.tʒ ꝯn̄a:q꞉ negato ente de aliquo negať qōlibʒ cōtē
tum sub ente.an̄s ꝓbať:q꞉ si cesarē fuisse eēt aliqd.deus
posset illud ens destruere cōtra sententiā Agathonis sex
to ethicor̄.quā ph̄us approbat. Quarto sic.ista ꝯn̄a
ē bona:nihil demr̄ať.ergo hoc nō demr̄ať:⁊ tamē an̄s
est ver̄ ⁊ ꝯn̄s falsuʒ.ergo regula falsa.ꝯn̄a tʒ:cū maio-
ri.q꞉ arguiť ab vli negatiua ad vnā suā singularē.minor
ꝓbať:q꞉ vbi nihil demōstreť antecedēs est verū: vt pʒ
⁊ ꝯn̄s falsū.q꞉ si ꝯn̄s est: subʒ ei⁹ aliqd significat.ſʒ non
significat nisi demr̄ando.g° aliqd demr̄ať qd ē falsū.g°

Ad hec respōdeť. Ad pmū nego minoreʒ.s. ꝙ
an̄s sit verū ⁊ ꝯn̄s falsū.imo ꝯn̄s est ēt
verū. Et ad ꝓbatōeʒ cū dr̄.da oppositū ꝙ conseq̄ns
sit ver̄:ergo ver̄ est nullū hoiem esse asinū.ꝯcediť ꝯn̄a.
Et vltra cū dicis.verū est nullū hoieʒ eē asinū.ergo sic
ē ꝙ nullus hō ē asinus. Respōdet Pau. pgu. disti-
guēdo de ly sic ē. aut teneť aduerbialr̄ ꝑ vē.aut vt sunt
due ptes.Si scdo mō negať ꝯn̄a. si pmo mō cōcediť.
sed negať vlteri⁹ ꝯn̄a.cū dr̄.ergo aliq̄lr̄ ē ꝙ nullus hō ē
asin⁹. Alr̄ respōdet magr̄ i q̄dratura sua sine aliq̄ disti
ctione cōcedēdo vsqʒ ad istā ꝯn̄aʒ.Deide negādo istaʒ
vltimā.q꞉ in antecedēte ē āpliatio ⁊ in ꝯn̄te nō. Alr̄ re
spōdet i pmo poste.vide sup̄ i scda qōne. Ad scdʒ di-
cit Pau.pgu.ꝙ ly necīū ⁊ silr̄ suo mō.alij modi possūt
capi tripl̄r.s.trāscēdenť ꝑ re necīa.Scdo aduerbialr̄ ꝑ
mō necīo.Et t̄tio mō ꝑ ꝓpōne necīa.vnde dicit ꝙ il-
la ꝓpō:necē ē cesarē fuisse:ē falsa capiēdo ly necessariū
pmo mō ⁊ scdo mō.q꞉ cesareʒ fuisse nihil ē.ſʒ tertio mō
ē v̄a:q꞉ significat ꝙ illa ꝓpō ē necīa:cesar fuit: ⁊ iō for-
malr̄ respōdēdo negať vltima ꝯn̄a.cesarē fuisse est ne-
cessariū.ergo cesarē fuisse ē ens.q꞉ ly necīū ampliat ꝑ
eo qd est vel fuit vel erit vel imaginabile esse. Et dicit
vlteri⁹ ꝙ ad ꝓbādū ꝓpōnē eē necīā nō est mediū vlr̄ ex
significato adeq̄to necīo.sed solū est ver̄ illud ꝙ quādo
ꝓpō est affirmatiua ⁊ ampliatiua: ⁊ ei correspōdet ali-
qd reale.sed dat vnū mediū vlē ad ꝓbandū ꝓpōnē eē
necīā qd est tale:illa ꝓpō vera ē: cui nec aliq̄ silis pōt eē
falsa sic p̄cise significādo cui non ꝯdicit aliq̄ ꝓpō quā se
quiť esse falsā ad ꝓpōnē significātē istā:⁊ sola ipossibili
tas nō pmittit.ergo necīa ē:⁊ ecōtra. Et cōseq̄nť ne
garē istā cōseq̄ntiā:ista ꝓpō ē necīa:cesar fuit ergo ade-
quatū significatū ē necīū. Hec si vis abundevide ab
eo dubio septimo. Hec opio est ferme ꝯ oēs logicos
q diffiniūt ꝓpōnem necessariā sic.Est illa cui⁹ adeq̄tuʒ
significatū ē necīū ⁊ p̄cipue ꝯ magrʒ. Iō alr̄ dicatur cō
cedo illā ꝯseq̄ntiā eē bonā:illa ꝓpō ē necāria.cesar fuit.
ergo cesarē fuisse ē necīū:p̄supposito ꝙ sic adeq̄te signi-
ficet.⁊ nego ꝙ cōseq̄ns sit falsū. Ad ꝓbationē cuʒ dr̄:
cesarē fuisse est necīū.ergo cesarem fuisse est aliqd,cōce-
ditur ꝯseq̄ntia.Et cū dr̄:cesareʒ fuisse nihil ē nec aliq̄lr̄
ē.ergo nō est ens.Dicitur ꝙ ēs tripl̄r accipi solet.Uno
mō vt est cōmune ad oē significabile tā cōplexe q̄ʒ icom
plexe.⁊ sic significatur tā ꝑ terminū q̄ʒ per ꝓpōnē.Alio
mō vt est cōe ad significabile icōplexe tm̄.Tertio mō vt
cōe ad significabile cōplexe loquēdo de ente. Scdo mō
cōcediť ꝙ cesarē fuisse nihil ē:ꝓut ly nihil oppōitur en
ti scdo imō. cū hoc tamē stat ꝙ sit ens pmo ⁊ tertio mō
⁊ nō valet.ergo vel ē sub̄a vel accidēs.q꞉ illud solū est ve
rū de ente icōplexo. Ad tertiū dicit Pau. pgu. ꝙ nō
ꝓbatur vlr̄ ꝓpositio esse vera ex significato adeq̄to ve
ro.q꞉ argumentū cōcludit:sed sic est p̄cise sicut illa ꝓposi
tio significat.ergo est v̄a p̄cise:sic fuit illa ꝓpositio signi
ficat.ergo fuit vera:p̄cise sicut erit illa ꝓpositio signifi-
cat.ergo ē v̄a. Cōtra.ponatur ꝙ illa ꝓpō:cesar fuit
nūc pmo sit.⁊ tamē nō fuit nec post hoc erit. tūc nō va-
let precise sic fuit significat.ergo fuit vera.p̄cise sicut erit
significat.ergo erit v̄a.q꞉ antecedēs ē verū ⁊ cōsequens
falsū. Preterea ē cōtra oēs logicos diffiniētes ꝓpōnem
verā sicut ē illa cui⁹ adeq̄tū significatū ē ver̄. Ideo alr̄
dicatur cōcedēdo vsqʒ ad istā.ergo cesarē fuisse est ens.
⁊ dicatur sicut ad t̄tiū argumentū p̄cise.ergo deus posset
destruere illud ens.nego consequentiā.sed bene seq̄tur si
esset ens secūdo mō. Ad q̄rtū dr̄ ꝙ si nihil demr̄atur
cōsequentia nō valet.q꞉ nō est cōseq̄ntia.q꞉ nō est cōse-
quens.Si āt aliquid demōstratur cōceditur cōseq̄ntia
sed tā cōsequens q̄ʒ antecedens est falsū. q̄re ⁊c̄. So-
phisma contra regulas sic:Tu es asinus .ergo regula
falsa.cōseq̄ntia tʒ.ātecedēs ꝓbať:⁊ pono ꝙ oē demon-
stratū ꝑ ly hoc sit asinus:quo admisso:q꞉ possibile est.
ꝓpono tibi:tu es hoc demōstrādo te vel cōcedis vel ne
gas.si cōcedis arguitur sic:oē demōstratū ꝑ illud ꝓno-
men hoc ē asinus:tu es aliqd demōstratū ꝑ illud ꝓno-
men hoc.igitur tu es asin⁹.tʒ cōseq̄ntia cū maiori: q꞉ ē
casus.minor pʒ ꝑ certificationē fcāʒ.q꞉ dixi te demōstra
ri ꝑ ly hoc.Si āt negas:tu es hoc:arguiť sic :tu negas
ver̄ ⁊ nō repugnas.ergo male rn̄des.antecedens patʒ:
qm̄ nō seq̄tur oē demōstratum ꝑ illud ꝓnomē hoc ē asi
nus. ergo tu nō es hoc.q꞉ ista stant simul:oē demōstra
tū ꝑ illud ꝓnomē hoc ē asin⁹:⁊ tamen tu es hoc. Ad
hec dr̄ negando antecedens. Ad ꝓbationem admisso
casu cū ꝓponitur:tu es hoc:demōstrando te pōt dici pri
mo nō admittendo hāc demōstrationē:q꞉ repugnat ca
sui. Secūdo dr̄ ꝯcedendo istam:⁊ tunc ad argumen
tum:oē demonstratū ꝑ ly hoc est asinus: tu demōstra-
ris per ly hoc.igitur tu es asinus.nego minorem tanq̄ʒ
repugnantem.Et ad ꝓbationem dixi ꝙ per ly hoc tu
demonstraris.ergo tu demōstraris.nego consequenti-
am.si tam̄ sumiť ꝑ ātecedente illa:ego te demōstraui ꝑ
ly hoc.nego istā tāq̄ʒ repugnātem: q̄re ⁊c̄.

Utrum tertia regula sit vera.si aliq̄ ꝯsequentia ē bo
na ⁊ antecedens est necīū.ergo ⁊ consequens.



Contra. nulla ꝓpō est necīa er
go regula vna.cōseq̄n
tia.tʒ antecedens.ꝓbatur.q꞉ si q̄ esset
necessaria potissimuʒ essʒ illa:deus ē.
Sʒ cōtra:ista ꝓpositio est necessaria.
ſʒ hec ꝓpō est.⁊ hāc ꝓpōnem esse sunt
idem.ergo hanc ꝓpositionem esse est
necessarium.consequens est falsum.q꞉ hanc ꝓpositio-
nem esse est contingens. q꞉ pōt esse ⁊ non esse. Con
firmatur.q꞉ hec ꝓpositio deus est:est contingens.ergo
non est necessaria. consequentia tenet ab affirmatiua
vni⁹ disperati ad negatiuam alterius:probatur antece
dens:q꞉ hec ꝓpositio contingenter est, ergo est contin

gens.pꝫ ꝯña:ꝛ añs ꝓbaꝛ.qꝛ pōt esse ꝛ nō eē. Preterea nullū necessariū est illa ꝓpō.ꝛ aliqd ē ista ꝓpō.ergo aliquid cōtingens ē ista ꝓpositio.pꝫ ꝯña. Tūc vltra.ergo ista ꝓpositio ē cōtingēs.tꝫ ꝯña p cōuersionē. Secūdo sic.hec ꝯña est bona:hoc est necessariuꝫ.ergo hoc ē necessariū.ꝯtinue demōstrādo añs.ꝛ antecedēs est necessarium.ꝛ cōseqns cotingēs.ergo regula falsa.ꝯñtia tꝫ:cū maiori.qꝛ oppositūꝫ ꝯñtis repugnat añti.minor ꝓbaꝛ: ꝙ añs sit necessariū pꝫ: qꝛ asserit se eē necariū.ꝙ aūt cōsequens sit cōtingēs ꝓbaꝛ.qꝛ cōtingens est illud antecedēs eē:ꝛ p ꝯñs cōtingēs est ipsū eē necessarium.ꝛ ꝯñs sic ꝑcise significat. ergo ꝯñs est cōtingēs. Tertio sic. hec ꝯña est bona:contingens est.ergo cōtingēs est.ꝛ tamē antecedēs ē necessariū ꝛ cōseqns cōtingēs. ergo regula falsa.ꝯsequentia tꝫ:cū maiori. qꝛ arguiꝛ ab eodem ad idē.minor ꝓbaꝛ.ꝙ añs sit necessariū pꝫ. qꝛ necesse ē aliqd cōtingens eē.ꝛ sic significat añs.ergo est neciuꝫ ꝙ ꝯñs sit cōtigēs ꝓbaꝛ.qꝛ primarie significat cōtigēs est. sed cōtingens eē est cōtingens.ergo ꝛc.

Ad hec rñdeꝛ. Ad pmū negaꝛ ātecedēs. Et ad ꝓbationē ꝯcedo ꝙ ista ē necessaria:de⁹ est. Et cū arguiꝛ:hec ꝓpō est necessaria.ꝛ hec ꝓpō ē hanc ꝓpōnē eē:ergo hanc ꝓpōnem eē est neciū. nego cōseqntiā:nec arguiꝛ resolutorie:qꝛ cōsequens nō est resolubile sed officiabile. Ad confirmationē negaꝛ ista cōseqntia:ista ꝓpō cōtingenꝛ est.ergo ē cōtingēs:qꝛ ꝓpositio dꝛ necia vel cōtigens rōne significati qd est tale. ꝛ nō qꝛ sit res necia vel cōtingens.conceditꝛ ergo ꝙ ista ꝓpō est res cōtingens.negaꝛ tamē ꝙ sit ꝓpō cōtingēs. Diciꝛ aūt cōtingenꝛ eē:qꝛ est res cōtingēs. ꝛ necessario eē:qꝛ significat rē neciā. Ad aliud negaꝛ vltima cōsequētia. Ad scōm negaꝛ ꝙ añs sit necessariū ad itellectū datū:qꝛ nō est neciuꝫ p se:licet sit neciū p reflexionē sed tale adhuc est cōtigens vel ipoſe. Vel diciꝛ ꝙ nō valet in ꝓpōnib⁹ ptinentib⁹ ad isolubilia. Vel dꝛ ꝙ regula itelligit ꝙ nō sit tale per reflexionē. Ad tertiū dꝛ ꝙ cōseqnēs est neciū sicut añs ꝛ dꝛ vlteri⁹ ꝙ cōtingens eē est neciū tanqꝫ significatū:licꝫ nullū cōtigens sit neciuꝫ nec icōuenit aliquā ꝓpōnem eē necariā.ꝛ quālibet rem per seipsaꝫ significatā eē rem cōtingenteꝫ: vt ista.hō est aial ꝛc. Sophisma ꝯ regulā sic:Tu es asin⁹:ergo regula falsa.cōseqntia tꝫ.añs ꝓbaꝛ sic. Oē aial quod fuit aliqñ fuit asin⁹:sed tu fuisti aial quod fuit aliqñ: ergo tu fuisti asin⁹:sꝫ tu es idē quod vnqꝫ fuisti.igꝛ tu es asinus. pꝫ cōseqntia pma cū minori.ꝛ maiorē ꝓbo supponēdo ꝙ in a istanti nō fuit aliqd aial pter asinū.isto posito arguitur sic.Oē aial quod fuit i a istanti fuit asinus: ergo oē aial quod fuit aliqñ fuit asinus:tꝫ cōseqntia ab iferiori ad suuꝫ supius affirmatiue ꝛ sine distributione ꝛ sine signo imobilitāte.ꝙ sic arguatur ꝓbo:qꝛ ly aliqñ nō distribuitur quod suadetur sic.signū vlē affirmatiuū non distribuit ꝛminū sequentē se imediate:nisi fuerit deꝛminatio sui substātiui:sꝫ ly aliqñ nō ē deꝛminatio sui substātiui:qꝛ aduerbiū est determinatio vbi ꝛ nō nois:ergo nō distribuitur ly aliqñ. Ad hec negatur añs. Ad ꝓbationē nego istā:oē aial quod fuit aliquādo fuit asinus. Et ad ꝓbationē nego cōseqntiā ꝛ cōcedo ꝙ ly aliquādo distribuitur:ꝛ ꝙ est deꝛminatio illi⁹ ꝛmini aial; nō qdem ꝓpinqua sed remota:ꝛ ita pꝫ quō aduerbiū ē determinatio vbi ꝛ nō nominis:quare ꝛc.

Utrū qrta regula sit vera.si aliqua cōseqntia ē bona ꝛ antecedens est ipoſe consequens est possibile.

c Contra Ista cōsequētia est bona.chymera que nō est nō itelligitur. ergo chymera est.ꝛ ista nō itelligitur.ꝛ tamē antecedens est poſe ꝛ cōseqns nō.ergo regula falsa. cōseqntia tꝫ cū maiori:qꝛ lꝫ resoluere relatiuū nō cōfusiuū i ꝛ:ꝛ ille illa illud.minor ꝓbatur.ꝙ antecedēs sit poſe pꝫ: qꝛ ē veꝝ cū ꝯdictoriū sit falsū.s.ois chymera que est itelligitur.qꝛ seqtur ꝙ ois chymera est:ꝛ illa itelligitur.ꝙ cōsequens nō sit poſe pꝫ:qꝛ est vna copulatiua:ꝛ pma ps ē iposis. Secūdo sic.illa cōseqntia est bona.tu es i istāti ꝑsenti.ergo aliquado fuit ita ꝙ tu fuisti in istanti ꝑsenti.ꝛ antecedens ē poſe ꝛ cōsequēs nō.ergo regula falsa. ꝯseqntia tenet ꝛ maior pꝫ:qꝛ ois ꝓpō affirmatiua de presenti relingt vnā de pterito verā.ꝙ antecedens sit poſe pꝫ.ꝙ cōseqns nō sit poſe ꝓbatur:qꝛ nulluꝫ istans ꝑsens fuit.ergo nihil fuit in istanti ꝑsenti.ꝛ p cōseqns tu nō fuisti in istanti ꝑsenti.patent ambe cōseqntie.ātecedens ꝓbatur.qm̄ hoc istās nō fuit demōstrando istans ꝑsens.ꝛ hoc ē oē istās ꝑsens.ergo nullū istās ꝑsens fuit: Tertio arguitur argumēto magr̄i. Ista cōseqntia est bona. ois ꝓpō est affirmatiua.ergo nulla est negatiua.ꝛ tamē antecedens est poſe ꝛ cōseqns ē ipoſe.ergo regula falsa: ꝯseqntia tꝫ cū maiori.mior ꝓbatur p pma pte:ꝛ pꝫ ꝙ illa ꝛa pars ē iposis. Nulla ꝓpō ē negatiua:qꝛ nō pōt eē va.qꝛ nō quādo est:qꝛ ipa esꝫ:ꝛ esset negatiua:ergo aliqua ꝓpō negatiua esset:nec ipa non existente:qꝛ quando ꝓpō non est non est va nec falsa.

Ad hec respondetur. Ad pmuꝫ negaꝛ maior.scilicet ꝙ illa consequentia sit bona. Ad ꝓbationem dicitur ꝙ relatiuum lꝫ resolui sic in affirmatiuis in negatiuis vero non. Et ideo si diceres chymera est que intelligitur.ergo chymera est.ꝛ ista intelligitur bene valeret consequentia. Et ideo cum in affirmatiua relatiuum resoluatur in coniunctionem copulatiuam: ꝛ pronomen demonstratiuum. in negatiua relatiuum resolueretur in coniunctionem disiunctiuam vel.ꝛ pronomen demonstratiuum cum partibus oppositis ipsius affirmatiue: vt in istam: chymera non est: vel illa non intelligitur. Ad secundum nego maiorem. s. ꝙ ista consequentia sit bona. Ad probationem dico ꝙ debet sic intelligi. omnis propositio vera affirmatiua de presenti carens extremo composito: ꝛ signo confusiuo tam explicite qꝫ implicite relinquit vnam de preterito veram qualiter non est in proposito vt declarabo. Dicitur primo vera: quia si ista de ꝑsenti est falsa nō oportet ꝙ relinquat istam de preterito veram. Secundo affirmatiuā:quia si esset negatiua illud etiam nam esset opus. Dicitur tertio carens signo confusiuo .quia ista est vera:omne instans est.que tamen non relinquit aliquam de preterito veram:quia nunquam ista erit vera instans fuit. Dicitur quarto carens extremo composito tam explicite qꝫ implicite:quia hec est vera hoc instās ē istans quod ē;ꝛ tñ non relingt aliquā de preteri

rō verā: q2 illa nunq̃z ē vera: hoc istans fuit instās quod
ē: ⁊ ita ē in ꝓposito .s. cū extremo cōposito: q̄re non va-
let. Ad tertiū negaꝭ mior: vñ negaꝭ ꝙ illud ꝯñs non
sit possibile: nulla ꝓpō ē negatiua. Ad ꝓbationē cuz
dr̄ .nō pōt eē vera: ergo non ē posis: negaꝭ ꝯña: q2 mul
te sunt ꝓpōnes poſes que nō possūt eē ve sic p̄cise signifi
cādo. vt in mā insolubiliū iste: oīs ꝓpō ē falsa. nulla pro
positio ē va: h° nō ē ver. hoc ē falsū seipo d̄mōstrato: ⁊
eē mām isolubiliū vt ista. sortes nō ē existēs i mēte sortis
silr̄ hec nō ē vera: de9 ē exñs in mēte. Similr̄ hic non ē
demōstrādo subm hui9 ꝓpōnis. ad cui9 desinitionē desi
neret ista ꝓpō: q̄libz .n. illaꝝ ē posis: nulla tñ ipaꝝ sic si-
gnificādo pōt esse vera. Sophisma ꝯ regulā sic. Tu
es asin9: ergo regula falsa: ꝯña tz: añs ꝓbatur sic: queli
bet singularis alicui9 vl̄is ē va: tu es asinus ē singularis
alicui9 vl̄is: ergo tu es asinus ē va: ꝯña tz cū minori. ma
ior ꝓbaꝭ sic: quelibz singularis isti9 vl̄is. oīs hō ē aial: ē
va. ergo quelibz singularis alicui9 vl̄is ē va. tz ꝯña ab i
feriori ad suum superi9 affirmatiue ⁊c̄. Ad hec dr̄ ne
gādo añs. Ad ꝓbationem negaꝭ maior .s. q̄libz singula
ris alicui9 vl̄is ē vera: q2 falsa ē. vt pz p exponentes.

Ad ꝓbationē dr̄ negādo ꝯñtiam: q2 arguiꝭ ab inferi
ori ad supi9 distributiue: ⁊ rō nō valet: nā ly alicui9 vl̄is
stat distributiue cū sit determinatio t̄mi stātis distributiue.

Utꝝ qnta regula sit va. Si ꝯña ē bona ⁊ aliqd sequi
tur ad ꝯñs illud seqꝭ ad antecedens.

Contra. Ista ꝯña ē bona. Oīs ꝓposi
tio ē va: ergo aliq̃ ꝓpositio ē
vera. q2 arguiꝭ a subalt̄nante ad subalterna
tam: ⁊ ad ꝯñs seqtur ista: Tu es asinus. quod
nō seqtur ad añs: ergo regula falsa: conseq̄ntia tz cū ma
iori. minor ꝓbatur sic. nā ad istā ꝓpōnem mentalē eē ve
ram: tu es asinus. seqtur te eē asinū: ⁊ illa mētalis ē ali-
qua ꝓpō: ergo ad aliquā ꝓpōnem eē verā seqtur te esse
asinū: tz cōsequētia a supiori ad suū iferi9. Secundo sic.
Ista ꝯña est bona: tu nō curris: ergo tu curris vel tu nō
curris: ⁊ tñ ad consequēs seqꝭ hoiēm currere: quod nō
seqtur ad añs. ergo ⁊c̄. tz ꝯña cū maiori. q2 arguiꝭ a p̄te
disiūctiue ad totā disiūctiuā. minor ꝓbaꝭ: q2 ad te curre-
re seqtur hoiem currere. ergo ad currere vel nō currere
seqtur hoiem currere. tz ꝯña a p̄te disiūcti ad totū disiū
ctum: ⁊ tñ hoiem currere nō seqtur ad añs p̄me conse-
quētie vt pz. q̄r ⁊c̄. Tertio sic. ꝯña a p̄mo ad vltimuz
valet qñ ꝯñtie int̄medie sunt bone. Tūc seqꝭ ꝙ si dico
te eē asinū dico verum. quod ē falsū. Quod seqꝭ ꝓbo. q2
seqtur. si dico te esse asinū: dico te eē aial: si dico te eē ani
mal: dico ver. ergo a p̄mo ad vltimū si dico te eē asinuz
dico ver: q2 oēs ꝯñe int̄medie sūt formales ⁊ ñ variate.

Ad hec r̄ñdeꝭ. Ad p̄mū negaꝭ mior .s. ꝙ ali-
quid seq̄tur ad ꝯñs qđ nō seqtur ad an-
tecedēs. Et ad ꝓbationē negaꝭ ꝯña. q2 arguiꝭ ab in
feriori ad suū supi9 cū termino officiabili: quod faꝭ sta-
re confuse tm̄ imobiliter. q̄m seqtur quando hz eādem
vim q̄z ly ergo. vel si: ⁊ confundit terminos preceden-
tes. ⁊ sequētes capaces confusionis imobiliter: sicut no
ta rōnis ⁊ conditionis. Ad secūdum negaꝭ minor. ⁊
ad ꝓbationem negaꝭ consequentia. Et cum dr̄: arguiꝭ
a p̄te disiuncti ad totum disiūctum: dr̄ ꝙ cū termino of
ficiabili non valet consequētia: sicut ē iste terminus seq-
tur: q habz vim imobilitandi. Ad tertium conceditꝭ:
ista cōsequentia a p̄mo ad vltimum si ista ꝓpō: si dico te
eē asinū dico te eē aial: teneꝭr personaliter: ⁊ ad bonū
itellectum. ⁊ ita cōcediꝭ ista. si dico te eē asinū dico ver.
q2 dicendo te eē asinū dico te eē aial quod ē ver. Si au
tē teneaꝭ mãliter ista ꝓpositio. si dico te eē asinum dico
te eē animal. nego istam. non .n. q dic̄ istā ꝓpōnez tu es
asinus. dic̄ istaz. tu es aial. Et si replicas. Contra q di-
cit p̄mo ⁊ principalr̄ te eē asinū dic̄ te eē aial. q dicit te
eē aial dicit verū: ergo a p̄mo ad vltimuz q dicit p̄mo ⁊
p̄ncipaliter te eē asinum dicit ver: conceditꝭ ꝙ q dic̄ pri
mo ⁊ pricipalr̄ te eē asinū dicit ver: lz nō p̄mo ⁊ princi
palr̄ dicat ver sed secūdario. Sophisma ꝯ regulam
sic. tu es asin9. ergo regula falsa: ꝯsequentia tz añs ꝓba
tur. q2 qcūq3 dicit te eē asinū dicit ver. ergo tu es asinus
ꝓbaꝭ consequētia. q2 oīs ista ꝓpositio ē vera quā dicen
do quis dicit ver. ꝓbatur antecedēs sic. qcūq3 dic̄ te eē
asinū dicit ver: sz qcūq3 dicit te eē aial dicit te eē asinū.
⁊ te eē aial ē ver. ergo qcūq3 dicit te eē asinū dic̄ veruz.
Ad hoc dr̄ negādo añs. Ad ꝓbationē dr̄ ꝙ ista cōseq̄n
tia ē bona ad hūc intellectū ꝙ si qs in dicendo aliquā ꝓ
positionē p̄mo dicit ver ista ꝓpō ē vera. Si aūt secun-
dario dicat ver nō valet. sicut in ꝓposito: ⁊ ita ꝓbaꝭ an
tecedens ⁊c̄.

Sexta regula si consequentia ē bona ⁊ aliqđ stat cū
antecedente. ergo illud idē stat cū consequente.

Contra. Ista consequentia ē bona: Hec
ꝓpositio q̄ est ꝯñs hui9 consequē
tie est nec̄ia simpl̄r. ergo hō ē asin9. p ly hoc d̄-
monstrādo cōseq̄ns isti9 cōseq̄ntie. ⁊ tñ aliqd stat cū ante
cedente qđ nō stat cū cōseq̄nte. ergo regula falsa. conse-
quentia tz cū maiori. q2 non pōt antecedens eē ver sine
cōseq̄nte. mior ꝓbaꝭ. q2 illa. null9 hō ē asin9. stat cū an-
tecedēte cū sit nec̄ia simpl̄r. ⁊ antecedēs sit poſe. ⁊ tamē
non stat cū cōsequente cū sibi ꝯdicat. ergo ⁊c̄. Secū-
do sic. Ista cōsequentia ē bona. hō ē asin9. ergo deus ē.
q2 antecedens ē impossibile ⁊ cōseq̄ns necessariū. ⁊ tam̄
ista ꝓpō. hō ē rudibile stat cum antecedente. q2 ē secū cō
uertibilis. ⁊ non stat cum consequente. ergo ⁊c̄. Ter-
tio sic. argumento magr̄i. ista consequentia est bona: li-
gnum cōburebatur. ergo impossibile ē illud eē. ⁊ tamen
hec ꝓpositio. aial ē. stat cuz antecedente: vt pz: ⁊ nō stat
cum consequente: q2 non fit ex illis copulatiua possibi-
lis. sz impossibilis dicendo animal ē: ⁊ impossibile est il
lud esse. ergo regula falsa.

Ad hec r̄ñdeꝭr. Ad primum dr̄ ꝙ si ista est in
mente tunc est bona: sz nihil ē compos-
sibile añti. cū sit impoſe istā mentalem esse verā: hō ē asi
nus. Si vō sit i voce vel i scripto tūc cōsequētia nihil va
let. stat .n. ꝙ ista. hō est asin9 significet deū eē. ⁊ tūc nō se
qtur. ista ꝓpō est nec̄ia. hō est asin9. ergo hō ē asin9. sed
si fiat isto mō: consequens istius consequentie est necessa
rium simpliciter sic precise significādo. ergo hō ē asin9.
consequentia est optima. sz tunc antecedens est impos-
sibile. ⁊ nihil est ei compossibile. Ad secundum con-
ceditur consequentia. sz negatur ꝙ ista. homo ē rudibi
lis. stet cum antecedente: ⁊ nō valet ista cōsequentia: ista

conuertit̄ secū:ergo stat secū:q̄₂ impo͛le cū nullo stat.

Ad tertiū r̄n̄det mag̃r negādo minorē.s.q̄ aliq̄d stet cum an̄te quod non stet cū ꝯn̄te. Et ad ꝓbationē cū dicis:illa.aīal ē.stat cum an̄te:concedo.⁊ nō stat cū ꝯn̄te.nego. Et cū tu arguis:q̄₂ nō fit copulatiua possibilis ex illis:ergo nō stāt simul.negat̄ ꝯn̄a:q̄₂ s̄a ps copulatiue non ē ꝯn̄s neq₃ secū conuertibile:q̄₂ h₃ aliud ⁊ aliud significatū ꝓpter mutationē antecedētis. Et si dr̄ quomō ergo stat simul.dr̄ q̄ sic:q̄₂ quelib₃ est vera:q̄₂ sicut ista stāt simul tu es hō:tu es albꝰ.dato q̄ nulla fiat copulatiua ex ill̄. Vel dr̄ ad principale q̄ fit vna copulatiua po͛lis ex illis:referēdo sp ly illud ad lignū ⁊c̄. Sophisma ꝯ̄ regulā sic. Tu es asinꝰ:ergo regula falsa:ꝯn̄a t₃: an̄s ꝓbat̄ sic. Ista ꝯn̄a ē bona:ergo tu es asinꝰ p ly istā demōstrādo ꝯn̄am fc̄am.ista ꝯn̄a nūc fc̄a est bona vt ꝓbabo:⁊ an̄s est verum:ergo ⁊ consequens:q̄ ꝯn̄a sit bona ꝓbat̄:q̄₂ si non:oppositū ꝯseq̄ntis stat cu₃ antecedēte.s.q̄ ista ꝯn̄a est bona ⁊ q̄ tu nō es asinꝰ:ergo ista cōseq̄ntia ē bōa.t₃ ꝯn̄a a copulatiua ad altā₃ eiꝰ ꝑtē:⁊ cōsequens significat q̄ ista conseq̄ntia ē bona:ergo ista cōsequētia ē bona. Quod an̄s p̄ricipalis cōsequentie sit verum p₃:q̄₂ ita est sicut precise significat:ergo est ver̄ ꝓbat̄ an̄s:q̄₂ significat q̄ ista cōseqūētia ē bona:⁊ ita ē q̄ ꝯn̄a ē bōa vt iam ꝓbatū est.q̄re ⁊c̄. Ad hoc dr̄ negādo an̄s. Ad ꝓbationē dr̄ distiguendo de an̄te illiꝰ consequētie. Ista consequētia ē bona:ergo tu es asinꝰ.an p̄cise significet an non. Si precise nō admittit̄ casus:q̄₂ seq̄tur ꝯ̄dictio. Nam si dr̄ q̄ cōsequētia non ē bona seq̄t̄ q̄ est bona vt argumentū ꝓbat. Et si dr̄ q̄ nō ē bona: seq̄t̄ q̄ ē bona:ꝓbat̄.q̄₂ si dr̄:q̄ sit bona:⁊ an̄s sic p̄cise significat.ergo ē verum:⁊ tn̄ consequens est falsum.ergo non est bona. Si vero non ponatur precise admittatur casus ⁊ dr̄ cōsequētiam eē bonam:q̄₂ antecedens ē impossibile significans copulatiue q̄ est bona ⁊ q̄ non ē bona. Et negat̄ postea q̄ antecedens sit veru₃. Et ad ꝓbationem cum dr̄ ita ē sicut precise significat:ergo est veru₃.negat̄ antecedens:q̄₂ non precise significat ꝯn̄a₃ eē bonā:vt dc̄m̄ est:q̄₂ alit̄ nō admitteret̄.

Utr̄ septima regula sit vera. Si aliqua cōsequētia ē bona scita eē bona:⁊ an̄s ē cōcedendū:⁊ ꝯn̄s ⁊c̄.

c Contra ponat̄ q̄ ista deus est:⁊ homo ē asinus conuertātur:tunc ista:cōsequentia ē bona scita eē bona:deus ē:ergo homo ē asinus:q̄₂ arguitur a conuertibili ad conuertibile:⁊ tn̄ antecedens est concedendum:q̄₂ nec̄ium ⁊ consequēs negādum:q̄₂ ipossibile per se:ergo regula falsa.

Secundo sic argumēto strodi in t̄tia regula p̄ncipali ⁊c̄.ponat̄ q̄ quādo conceditur ista ꝓpō.tu es aīal.q̄ significet hoīem eē asinum.tūc sic. Ista consequentia est bona scita a te eē bona:tu es homo:ergo tu es animal. ⁊ antecedēs ē concedēdum ⁊ cōsequens nō:ergo regula falsa:cōsequentia nota cū maiori:minor ꝓbat̄: p̄mo ꝓ prima ꝑte p₃.q̄ antecedēs sit concedēdum:q̄₂ ē ver̄ nō repugnās scitum eē tale.secūda ꝓbatur ꝓ altēa parte.s. q̄ ꝯn̄s non sit cōcedendum:q̄₂ cū significet hominē esse asinum p casum:ergo hoīem eē asinū ess₃ cōcedendum p casū. quod ē iconueniēs. Tertio sic argumēto magistri.⁊ pono q̄ illius cōseq̄uētie:hō currit.ergo risibile currit. sit antecedēs tibi positu₃ ⁊ a te admissum.cōsequēs vero sit tibi depositu₃:⁊ a te admissum .isto posito arguitur sic. Ista cōsequētia ē bona scita a te eē bona.homo currit:ergo risibile currit:⁊ antecedēs p₃:q̄₂ scis q̄ arguit̄ a conuertibili ad cōuertibile ⁊ antecedēs est cōcedendū:q̄₂ tibi positū ē:⁊ a te admissū:⁊ ꝯn̄s est a te negādū:q̄₂ depositū ⁊ a te admissu₃ igit̄ regula falsa.

Ad hec respondet̄. Ad p̄mum dr̄ admisso casu q̄ ista ꝯn̄a ē bona.⁊ sicut an̄s ē cōcedēdū ita ꝯn̄s ē ꝯcedēdu₃ noīalr̄ ⁊ non participialr̄. Pro quo aduerte q̄ isti t̄mini:cōcedendū:negādum:dupliciter possunt capi.s.nominalr̄.⁊ ꝓ digno concedi ⁊ ꝓ digno negari.⁊ participialr̄ quādo respondetur per hoc verbum concedo ⁊ nego.p̄mo mō itelligūtur in regula ⁊ nō secūdo modo. Jō dico q̄ ꝯn̄s est concedendum nomialr̄.q̄₂ dignū cōcedi:negādum tn̄ ē ꝑticipialr̄. q̄₂ quādocūq₃ ꝓponeret̄ respondet̄ negādo. Unde ad oē₃ ꝓpōnem respondēdu₃ ē cōcedo:vel nego vniformiter i casu ⁊ extra casu₃. Et si replicas ꝯ̄: Ista. hō est asinus ē ꝯcedenda:⁊ hec est ipo͛lis p se:ergo ipossibile per se ē ꝯcedēdū. Dr̄ negādo minorē:q̄₂ repugnat maiori ⁊ cōcesse. Hec ē via strodi.magr̄i. Hētisber aūt alr̄ respondet.q̄₂ nō ponit drīam iter cōcedendum:⁊ concedi:⁊ negādum ⁊ negari. Unde dicit q̄ ꝓpō ē ꝯcedenda:⁊ silr̄ d₃ concedi q̄ apud cōem modū loquendi disputātium ē digna ꝯcedi.⁊ negāda q̄ apud illos ē digna negari:ita q̄ autētice sit talis:aut s̄m p̄mā impōne₃ ⁊ non s₃ nouā. Et iō si ista ꝓpō.deꝰ ē.iponat̄ ad significādū hominē eē asinū nō valet hec ꝯsequētia.hec ꝓpō ē ipossibilis.ergo ē neganda.silr̄ si hō est asinꝰ ponat̄ significare deū eē. nō valet hec cōsequentia.hec ē nec̄ia.ergo ē cōcedēda.s₃ op₃ addere i vtroq₃ antecedēte:⁊ ē autentice talis. Et sic ad argumentū s̄m Hētisber̄ dr̄ q̄ antecedens ē concedendū ⁊ consequens negādū:s₃ non est cōtra regulam.q̄₂ i regula req̄ritur hec cōditio.s.q̄ consequētia sit cōcedenda q̄lr̄ nō est i ista. Tu sequere viam magr̄i q̄₂ communior est. Ad secūdum p₃ responsio:q̄₂ dr̄ q̄ cōseq̄ntia ē bona:⁊ q̄ sicut antecedēs ē ꝯcedendū ita ꝯseq̄ns ē cōcedēdū s̄m stro.l₃ s̄m Hētisber̄ vtrūq₃ sit cōcedēdū quādocūq₃. Et ad ꝓbationē cū arguis antecedens ē cōcedendū ⁊ significat hoīem eē asinū: ergo hoīem eē asinū ē cōcedendū:negat̄ minor:q̄₂ ista ꝓpositio:hō ē aīal.nō significat hoīe₃ eē asinū:nisi cōcedat̄ p casū. Dato ergo q̄ antecedēs sit cōcedendū:nō tamen respondeo cōcedo. S₃ tunc q̄ritur q̄lr̄ sit respōdendu₃ ad istā i tali casu. Stro. dicit q̄ nullo mō ē respondendum. Alij ꝯcedunt:⁊ fatent̄ se male ꝯcedere.⁊ Gaietanus attribuit hāc viam strodo:s₃ cū reuerentia nō bene dic̄:q̄₂ aliq̄ ꝓpō ē:ad quā nullo mō ē respondendū:vt illa data:ergo non concedit istā ⁊c. Ad t̄tiū dr̄ admittendo casum:⁊ ꝯcedo q̄ illiꝰ cōseq̄ntie ātecedens ē concedndū ⁊ cōsequens negādū ꝓpt̄ argumentū fc̄m:sed nego q̄ ista cōseq̄ntia sit bona scita a me eē bona.quoniā ex duobꝰ concessis.seq̄tur oppositū illiꝰ.seq̄t̄.n.ātecedens ē a te cōcedendū ⁊ cōseq̄ns negādum:ergo consequentia nō ē scita a te eē bona. Sophisma contra regulam sic: Tu es asinus.ergo regula falsa.consequētia t₃.ātecedens ꝓbatur sic.tu non differs nisi a capra; ergo tu non differs ab asino.t₃ consequētia a simili:tu non vides nisi sorte₃.ergo tu non vides platonē.ante-

cedens ꝓbaṫ sic.s. ꝙ tu nõ differs nisi a capra. qꝛ si nõ. da oppositũ.s.tu differs ab alio ꝙ̃ a capra.ꝛ pꝫ ꝙ ẽ falsa: vt pꝫ per exponẽtes.s.tu es:ꝛ aliud ꝙ̃ capra est: ꝛ tu nõ es aliud ꝙ̃ capra.qꝛ tertia exponẽs est falsa.qꝛ ex ista seqtur ꝙ tu es capra. Ad hoc diciṫ negãdo aña. Ad ꝓbationẽ dr̃ negãdo aña.s. tu nõ differs ab asino. Et ad ꝓbationẽ negaṫ cõseqñtia. Et ad ꝓbationeꝫ cuꝫ dicis ꝙ tenet ꝑ silr̃.negaṫ.vñ ẽ magna dr̃ia iter differre ꝛ videre.sed bene ꝯcediṫ aña.s.tu nõ differs nisi a capra.qꝛ veꝝ est vt pꝫ ꝑ exponẽtes. sed ista ẽ falsa.tu non differs nisi a capra.ꝛ exponiṫ sic.tu differs a capra. ꝛ a nullo alio ꝙ̃ a capra differs.ergo ꝛc. Hec est via magistri vt pꝫ in capitulo de exceptiuis ĩ tertia cõclusione: ꝛ est vera cõtra aliquos dicẽtes opposito modo ꝛc.

Utrũ octaua regula sit vã: Si aliq̃ ꝯña est bona scita a te eẽ bona antecedẽs est scitũ.ergo ꝛ ꝯñs.



Contra Arguiṫ argu° Strodi ꝛ ponaṫ ꝙ a scias sortẽ eẽ vnũ de trib⁹ hoibus.s.sorte ꝛ platone ꝛ cicerõe.nescias tñ de his q sit sor. tunc facio istã ꝯñam.sortes ẽ. ergo iste hõ est sortes.posito ꝙ tu scias me soluꝫ sortẽ demõstrare ꝑ subm ꝯñtis.tũc hec ꝯña est scita eẽ bona. qꝛ scis bñ.ꝙ ꝓ eodẽ verificaṫ ꝯñs ꝓ quo verificaṫ añs: ꝛ añs ẽ scitũ vt pꝫ per casũ: ꝛ ꝯñs nõ est scitũ a te:qꝛ quocũqꝫ illoꝝ demõstrato tu dubitas an ille hõ sit sortes ꝑ casũ.sꝫ sortes ẽ aliqs istoꝝ.ergo demõstrato sorte tu dubitas an ille hõ sit sortes. Scdo sic.argumẽto magr̃i. Hec ꝯña est bona scita a te eẽ bona:hoc ẽ nescitũ.ergo hoc ẽ nescitũ. ꝑ ly hoc vtrobiqꝫ demõstrãdo ꝯñs illi⁹ ꝯñe.ꝛ añs est scitũ ꝛ ꝯñs nõ. ergo regula falsa.ꝯña tenet cũ maiori qꝛ scis ꝙ arguiṫ ab eodem ad idẽ.minor ꝓbaṫ:qꝛ q̃ro.aut scis ꝯñs aut nõ.si nõ arguiṫ sic.tu cõcedis hoc eẽ nescitũ. ꝛ nõ es obligat⁹ ad illud ꝛ bene respõdes.ergo tu scis hoc eẽ nescituꝫ. ꝛ scis añs sic significare.ergo tu scis añs ꝛ cõseqñs nõ. Si vo dicis ꝙ scis ꝯñs. ꝛ illud p̃cise significat ꝙ hoc est nescitũ a te:se demonstrato.ergo scis ꝙ hoc ẽ nescituꝫ.ꝛ scis ꝙ añs p̃cise sic significat ꝙ hoc est nescitũ a te.ergo scis antecedẽs.ergo antecedẽs est scitũ a te ꝛ cõseqñs nescitũ.

Tertio sic.ista cõseqñtia ẽ bona scita a te eẽ bona: tu nescis hoc istoꝝ eẽ veꝝ nec scis hoc istoꝝ esse veꝝ:demõstrãdo duo ꝯ̃dictoria tibi dubia.ꝛ nõ sunt pl'a istoꝝ.ergo tu nescis aliqđ istoꝝ eẽ veꝝ.ꝛ tamẽ antecedẽs est scitũ ꝛ ꝯsequẽs nõ.ergo ꝛc.ꝯseqñtia nota cũ maiori. qꝛ si non valet.stet ergo oppositũ ꝯñtis cũ antecedẽte: videlicꝫ:tu cũ scis aliqđ istoꝝ eẽ veꝝ:signeṫ g° illđ ꝛ sit illđ.rex sedet: sequiṫ imediate ꝙ tu scis hoc istoꝝ eẽ verũ: demõstrando istã:rex sedet:qđ repugnat vni pti antecedẽtis. ergo cõseqñtia est bona.ꝓbaṫ minor.ꝛ ꝓ p̃ma pte pꝫ.qꝛ quocũqꝫ illoꝝ ꝯ̃dictorioꝝ tibi demr̃ato tu dubitas an sit verũ.ergo tu nescis illud eẽ veꝝ.illa cõseqñtia ẽ bõa: ꝛ antecedẽs scitũ.ergo ꝛ ꝯseqñs.ꝙ antecedens p̃ncipalis cõseqñtie sit nescitũ.ꝓbaṫ sic.qꝛ illđ est falsũ.ꝓbc. qm̃ suuꝫ ꝯ̃dictoriũ ẽ veꝝ. qđ arguo sic:ista sũt ꝯ̃dictoria iter se cõtradicẽtia.ergo aliqđ istoꝝ est veꝝ.ista cõsequẽtia ẽ bona scita a te eẽ bona.ꝛ antecedẽs est scitũ.ergo ꝛ consequẽs.sed cõseqñs est aliqđ istoꝝ eẽ veꝝ.ergo tu scis aliquod istorum esse verum.lꝫ hec contradicat antecedẽti principalis consequentie.ergo ꝛc.

Ad hec respõdeṫ. Ad primũ dicit Strod⁹ admittiṫ casus:sꝫ negaṫ ꝯseqñtia.qꝛ stat plures eẽ sor.si tamẽ addaṫ ad antecedẽs aliqs istorum sic arguẽdo.sor.est.ergo ille istoꝝ est sor.cõcediṫ cõseqñtia.sicut antecedẽs est scitũ ita ꝛ cõsequẽs est scituꝫ. Et ad ĩprobationẽ quocunqꝫ istoꝝ demõstrato tu dubitas an iste sit sor.dicit strod⁹ dubitatur qđ demr̃atur.si plato vel cicero cõcedo.si sor.nego istã.quocunqꝫ demr̃ato tu dubitas an iste sit sortes.ĩmo scio ꝙ iste ẽ sor.quocũqꝫ illoꝝ demr̃ato:cũ ꝑ ly ille cõfiteatur solũ sortẽ demr̃ari.

Cõtra hanc respõsionẽ dupl'r istatur. p̃mo qꝛ casus videtur impol'is quẽ admittit.s.ꝙ nesciat qs est sortes. ꝛ sciat ꝙ iste est sortes demr̃ato sorte: qꝛ si tu scis ꝙ iste ẽ sortes dmr̃ato sorte.ergo tu scis qs ẽ sortes demr̃ato sorte.ꝛ ita sequũtur ꝯ̃dictoria.s.ꝙ tu nescis qs sit sortes ꝛ tu scis qs est sortes. Scdo cõtra respõsionẽ. qꝛ sicut scit ꝙ ille hõ nõ est sortes certificato ꝙ demr̃atur plato ita scit ꝙ ille hõ nõ est sor.certificato ꝙ demr̃atur plato vl' cicero.ꝛ ꝑ cõsequẽs hꝫ negare istã.ille hõ ẽ sortes demõstrato platone vel cicerone ꝛ nõ dubitare. Ad p̃muꝫ varie sunt respõsiones.gaietanus dicit ꝙ cuꝫ stet ꝙ tu scias ꝙ iste hõ est sortes demr̃atione facta ad ĩtellectũ:lꝫ nescias ꝙ ille hõ est sortes demr̃atione facta ad sensum ita cũ ly qs istoꝝ dicat demõstrationẽ sensualẽ stat ꝙ tu scias ꝙ iste hõ ẽ sortes demr̃ato sorte ad ĩtellectuꝫ:ꝙ̃uis tu nescias qs illoꝝ ẽ sor.qꝛ sit demõstratio ad sensum.

